I

Sander

N. Inw. 5378.

5378.1

Henricus dux Cracoviae et Silesiae comiti Theodoro palatino cracoviensi concedit facultatem locandi colonorum theutonicorum in hodierno districtu Neoforiensi (Nowytarg)

Danczow, Anno (1204.) 1234

...mine Domini Amen. Nos Boleslaus Cracovie ...rie Dei gratia dux illustris, notum esse vo...iversis presentibus et futuris: quod dilecto... Petri abbatis et fratrum conventus de Czyrzyc...is ordinis devotis precibus annuentes, ea que ...omui et ipsis Theodorus comes Cracovie quon...tinus contulit et presertim, que in privilegio ... domini Henrici cracoviensis et Silesie divi...ntia ducis olim illustris, ipsi palatino con...n domum memoratam dictus nobilis ~~[illegible]~~ trans...u benigno inviolabiliter in perpetuum confir...s privilegii tenor talis est:

Nro

RECEPTA

Z KLINIKI CHIRURGICZNÉJ

AMBULATORYJNÉJ.

Kraków dnia 185

R.

Upraszą się APTEKI, aby za Receptą Kliniczną, je... raz tylko jeden lekarstwa expedyowały.

Nro

Z KL...

Kraków

Upraszą się APTEKI, aby za Receptą Kliniczną, jeżeli nie jest d... raz tylko jeden lekarstwa expedyowały.

Inw. 5378.

5378.1

[...]x Cracoviae et Silesiae comi-
[...]alatino cracoviensi concedit fa-
[...]ocandi colonorum theutonicorum
[...]erno districtu Neoforiensi
(Nowytarg)

Danczow, Anno (1204.) 1234

In nomine Domini Amen. Nos Boleslaus Cracovie et Sandomirie Dei gratia dux illustris, notum esse volumus universis presentibus et futuris: quod dilectorum nobis Petri abbatis et fratrum conventus de Czyrzyc Cisterciensis ordinis devotis precibus annuentes, ea que ipsorum domui et ipsis Theodorus comes Cracovie quondam palatinus contulit et presertim, que in privilegio continentur domini Henrici cracoviensis et Silesie divina providentia ducis olim illustris, ipsi palatino concesso, que in domum memoratam dictus nobilis ~~[illegible]~~ transtulit, assensu benigno inviolabiliter in perpetuum confirmamus, cujus privilegii tenor talis est:

Nro
RECEPTA
Z KLINIKI CHIRURGICZNÉJ
AMBULATORYJNÉJ.
Kraków dnia 185
R.
Uprasza się Apteki, aby za Receptą Kliniczną, jeżeli nie jest d[...]
raz tylko jeden lekarstwa expedyowały.

„In nomine Domini Dei eterni Amen. Cum vota, que a ra-
„cionis tramite non discordant, effectu subsequenti compleri
„desiderent, cum eciam justis petencium desideriis juris
„racio facilem preberi persvadeat assensum; ea propter Nos
„Henricus Dei gracia dux Cracovie ac eciam Silesie no-
„tum facimus tam presentibus quam eciam futuris, quod
„peticione comitis Theodori palatini cracoviensis inclinati,
„libertatem sibi Theutonicos locandi in sylva circa flu-
„vios qui sic vocantur concessimus: Ostrovno, Dunajec
„et Dunajec niger, Rogoznik, Lipietnicha, Slona, Zatayni-
„cha, Nedelska, Stradomia, quantum est de sylva ipsius,
„dantes eciam sibi his pactis et his condicionibus uti, qui-
„bus Theutonici Silesienses in sylvis locati utuntur, in
„dicta sylva qualescunque fuerint locandi inhabitatores,
„prestantes eciam sibi ab omnibus oneribus in sylva no-
„minata angariarum scilicet et perangariarum absolucio-
„nem, ita etiam quod in eadem sylva homines locati
„coram nullo alio quam coram suo domino et ejus sculte-
„to jure theutonico ipsis in omnibus suffragante, cogen-
„di sunt litigare, excepto jure ducali, quod est decisio
„capitis vel membrorum mutilacio, quod Nobis nostris-
„que successoribus reservamus. Ut autem hec nostra con-
„cessio in perpetuum robur (authore Domino firmitatis)
„obtineat, presens proinde documentum sigilli nostri
„corroboravimus impressione. Datum in Danczow, Anno
„ab Incarnatione Domini MCCIV."

Ut autem nostra confirmacio premissa super univer-
sis et singulis, que in eodem privilegio continentur, semper
maneat inconcussa, nec possit calumnie seu oblivionis scru-
pulo prepediri, presentem paginam nostri sigilli muni-
mine dignam statuimus muniendam. Datum Cracovie, An-
no Domini MCCLI.

2

~~R. III № 2016 p. 30~~
B. p. 5-6.
B. p. 56-57.

Vislaus de Koscielec episcopus cracoviensis fundationem ecclesiae in villa Ludzimierz approbat.

Cracoviae, anno 1234.

In nomine Domini Amen. Nos Jaroslaus cracoviensis archidia=conus nec non conservator privilegiorum Fratrum Ordinis Cister=ciensis in regno Poloniae, constitutus per Sedem Apostolicam Deputatus notum facimus universis Christi fidelibus, ad quos perve=nerint praesentes: quod veniens ad nostram praesenciam Frater Jo=annes procurator legitimus monasterii de Czyrzyc, coram nobis ex=hibuit quoddam privilegium felicis memorie domini Violai olim cra=coviensis episcopi, cujus tenor de verbo ad verbum inferius conti=netur, petens instanter, ut cum usu ejusdem privilegii idem suum monasterium egeat necessario et jam antiquum videatur et pre ve=tustate in corrupcionem declinare, quatenus authoritate nostra ordinaria ac eciam conservatoria, idem privilegium per notarium publicum transscribi et explanari faceremus ac eciam solenni=ter publicari, ut cum suo originali idem transscriptum fidem faciat pleniorem. Nos autem justis ejus peticionibus annuentes, idem privilegium per Albertum nostrum notarium subscriptum transscribi mandavimus, de verbo ad verbum, nihil mutato vel diminuto aut addito, quo vitiare posset intellectum. Erat autem predictum privilegium sigillatum duobus sigillis de cera aliquan=

tulum glauca et aliquantulum propter vetustatem nigra in chartulis, de pergameno appensis, quorum primum erat oblongum, in cujus medio erat sculpta imago episcopalis, sedens in cathedra, habens suam dexteram, quasi ad benedicendum sursum elevatam, et in sinistra ejus manu tenens baculum pastoralem; secundum vero sigillum similiter oblongum de simili cera fuit, in cujus medio fuit sculpta ecclesia cum turri sursum et vexillo. In circumferencia vero primi sigilli erant tales litere, que bene legebantur: X. S. Vislai Cracoviensis Episcopi; in secundo autem sigillo taliter continebatur: X. S. Ecclesie Cracoviensis S. Stanislai. Ipsius privilegii de verbo ad verbum tenor erat talis:

„In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Quoniam „sacrosancta mater ecclesia divina providente gracia, que in sui „disposicione non fallitur, in filiorum propagacione dilatatur, „tanto majori affluens ubertate refulgurat, et resplendescit, quanto majorum et celsiorum patrociniis instauratur: Ea propter ego „Vislaus Dei gracia cracoviensis episcopus, viso pie desiderio vo„luntatis nobilis viri comitis Theodori cracoviensis palatini, „filii Joannis, et laudante definicionis intencione, que ad decus „et decorem sacrosancte matris ecclesie ad salutem pertinet ani„marum, circumspecta universis tam praesentibus quam futuris „hanc paginam inspecturis digne duxi declarare, quod justis „et honestis peticionibus ejusdem illustris viri Theodori miseri„corditer inclinatus de communi omnium voluntate et consensu ca„pituli mei, construendi ecclesiam in honorem Sancte Marie in ter„ritorio ipsius, quod vulgariter Ludemer nuncupatur, tradidi po„testatem decimas de toto nemore et de omnibus silvis, que nunc „et in posterum extirpari poterunt, eidem ecclesie liberaliter confe„rendo. Ne igitur tam celebris et solennis facti memoria ab aliquo vel „aliquibus possit vel debeat dissensione violari aut concertacione „perturbari, sigillorum mei videlicet munimine et capituli feci „roborari. Actum publice Anno Incarnacionis Domini Millesimo

„ducentesimo tricesimo quarto. In capitulo cracoviensi sub testi„monio dominorum, quorum nomina sunt hec: Salomon decanus, „Andreas scholasticus, Gumberthus archidiaconus, Vitus prepositus, „Rudolfus cantor, Nicolaus custos, Romanus, Valterus, Trojanus, „Bernardus, Debegeneus, Vincencius, Fridericus, Michael."

Quo privilegio nostra authoritate transscripto per Albertum Notarium antedictum, idem transscriptum in nostra presencia cum suo vero originali legi, ausultari et examinari diligencius fecimus. Et quia in omnibus vere concordare cum suo vero originali invenimus, decrevimus ipsum transscriptum authorizatum fore et sibi in omni loco adhibendam plenam fidem. In cujus rei testimonium ipsum transscriptum tam nostro sigillo appenso roborari fecimus, quam eciam per subscripcionem dicti Alberti, qui presens transscriptum manu sua scripsit, solenniter publicari. Actum et datum Cracovie in choro Fratrum Predicatorum vigesima septima mensis Novembris, Anno a Nativitate Domini Millesimo tercentesimo quadragesimo. Presentibus venerabilibus viris domino Ottone cancellario Polonie, Vincencio plebano de Viliczka et religiosis viris Fratribus Bozegio cracoviensis, Petro poznaniensis et Stanislao sandomiriensis conventuum prioribus Ordinis Fratrum Predicatorum, et aliis multis.

Et Ego Albertus Cristini de Turbia, clericus cracoviensis diecesis, publicus apostolica et imperiali authoritate notarius, exhibicionem, presentacionem, et ostensionem dicti privilegii, ac peticionem per dictum fratrem Joannem, nec non authoritatis et decreti interposicionem cum aliis, per eundem

dominum archidiaconum sentenciis, una cum testibus suprascriptis presens instrumentum, et ea omnia manu mea scripsi, ac hoc exemplum seu transumtum cum suo vero originali ausultavi et examinavi, et quia utrumque concordare inveni, ut eidem transscripto plenior fides adhibeatur, de mandato dicti domini archidiaconi me hic subscripsi et signo meo consveto signavi in testimonium premissorum.

B. p. 11-16.

Nicolaus et Hermanus canonici ecclesiae cathedralis cracoviensis recognoscunt comitem Theodorum (Czader) palatinum cracoviensem, villam Godusza a Zdislao milite emisse et monasterio in Ludzimierz contulisse.

Anno 1235, die 11 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Omni calumniae janua praecluditur, dum quod geritur, scriptis et testimonio posterorum commendatur. Noverit ergo aetas praesens et futura: quod ego Nicolaus Dictus custos ecclesiae Cracoviensis, Hermanus canonicus ejusdem ecclesiae significamus universis praesentem paginam inspecturis: quod comes Czader palatinus cracoviensis emit coram nobis haereditatem a milite Sdislao, quae vocatur Godusza, ab eo loco, ubi Gliniecz intrat Stradomam, cum tota silva, rubetis, seccionibus, pratis, campis cultis seu incultis et totum quidquid a praedicto loco ubi praedicti rivi confluunt, usque ad gades possessionis

jam dicti Sdislai comitis pro septuaginta novem marcis puri argenti et una sorte quam habuit in Szuroniecz pro decem marcis monetae craco=viensis a milite Vincentio. Conferens eam sor=tem praedictus palatinus cum praehabita Godu=sza haereditate cum omnibus pertinentiis jam dictam haereditatem adjacentibus, coram nobis et aliis probis viris fide dignis proprio clau=stro quod vocatur Ludzimirz, jure haeredi=tario jugiter possidenda. Hujus rei testes sunt: Dirslaus filius Joannis, Jacobus filius Jaco=bini, Tobias, Petrus filius Pribislai, Libertus filius Simonis, Wison filius Budzirogii, Petrus, Alardus, Balduinus et alii qui tunc affuerant scolares et vicarii ecclesiae praeno=minatae. Hoc autem actum est in octava Sancti Floriani, Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi Millesimo ducentesimo trigesimo quinto. Porro ut ab omnibus poste=ris hoc ipsum actum certius observeto, ma=neat nostri sigilli atque praedictae ecclesiae impressione inviolabiliter roboratum.

(Oblatum fer. 5a post fest. Conceptionis B. V. Mariae 1612 ad acta castr. cracov. per Stanislaum abbatem Liriciensem, ubi dicitur, originale in pergameno scriptum, sigillis tribus antiquis cae=reis pensilibus, jam majori ex parte ob vetustatem labefactatis communi=tum fuisse. — Libr. Relat. Tom 38)

p. 11 Maj

Henricus dux Silesiae et Poloniae confirmat resignationem villae Rogoznik Comiti Teodoro palatino Cracoviensi per filiolum ipsius J. factam.

Rz III No 16 p. 30-31

Sede, anno 1238. (1237?)

1237

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Quoniam ea, que a discretis hominibus in tempore geruntur, vetustate tamen, que mater oblivionis est, interveniente, sepius [labuntur] deducuntur [errorem] in oblivionem, Hinc est quod nos H.(enricus) dei gracia dux Zilesie et Polonie notum esse volumus universis, tam praesentibus quam futuris hanc paginam inspecturis, Quod Comiti T.(heodoro) palatino de Cracov, coram concilio nostro et nostrorum baronum, filiolus suus nomine J. [F.] quandam villam, que rognosic [Rogoznik] nuncupatur [vocatur], pro quadam summa pecunie sibi concesse a iam dicto comite, iure hereditario resignavit possidendam, quo=

niam eiusdem summe pecunie persolvendi posse non habebat. Sepe autem iam dictus comes super filiolo suo pietate motus, addidit insuper ei duos boves, VI ulnas de brunet et pelles vulpinas, hac de causa, ut iam ad dictam villam nullum penitus respectum habere uteretur, sed omni remota excepcione, ipsam sibi resignaret, quod gratanter filiolus suus sepe iam dictus J. acceptavit, promittens se nullam contra patruum suum sepe iam prephatum comitem T.(heodorum) pro dicta villa actionem habere, imo omnibus [redacted] excepcionibus remotis, ipsam sibi sub nomine vendicionis resignavit possidendam, coram hiis testibus: Comite Pacozlao, comite stephano filio Andree, Vincencio, janusio de nalco, Clemente filio clementis, vlodimiro, johanne filio Czomole, tuoriano scarbnik, jacobo venatore, predzlao vexillifero, pribizlao tribuno, cesara, vbizlao, vencezlao, petrcone, visemiro, sservacio, bozone, matia, vlostone, et Aliis quam pluribus assidentibus. Actum in Shede. Anno incarnacionis domini M. CC. XXXVIII. (1237)

Ghedt (Ryszs) 1237 (Ryszn)

(Oblatum in Libr I Relat. castri Crac. 1573 feria 6a magna ante Pascham – ubi dicitur originale extare in pergameno cum 4 sigillis pensilibus.)

Rz III p 33 –
nr 150 p 306

Concordia inter abbatem de Ludzimierz atque comitem Zdislaum ratione jurispatronatus ecclesiae de Szczyrzyc per electos compositores facta.

Andreoviae, anno 1238.

In nomine Domini Amen. Nos magister Salomon archidiaconus Sandomiriensis et Uger qui dicitur Buzakarinus juris professores, arbitratores seu pacis compositores electi per dominum Abbatem de Ludemir, suo et conventus sui nomine, ex una parte, et comitem Sdislaum ex altera, super controversijs, discordijs, questionibus et causis ortis et que oriri possunt super ecclesia de Cirice, occasione juris patronatus sive possessionis, vel quasi eiusdem iuris, decimis,*) et omnibus alijs ad ipsam ecclesiam pertinentibus, statuimus, diffinimus et precipimus

---

*) In transsumpto hujusce concordiae per regem Poloniae Casimirum Cracoviae, anno 1368 proxima feria secunda post Viti confirmato, legitur sequens interpolatio: „ex villis quae sunt „site seu locate et contigue Monasterio eiusdem domini Abba„tis, quarum sunt hec nomina: Cyricz, alias Gora sancti Johannis, „Pobrzantyn, Dobrognew, Abramowicze, Gruszowecz, Godusza, Pod„gorzany et Smykany,"

ut dictus Comes Sdislaus claves et ornamenta ipsius ecclesie sine mora in manibus ipsius abbatis restituat, nec de cetero per se vel successores suos prefatos abbatem et Conventum super iure patronatus, possessione vel quasi ipsius, et ordinacione ipsius ecclesie, decimis vel rebus alijs, ad ipsam ecclesiam pertinentibus molestare seu inquietare presumat. Volumus autem et ordinamus propter bonum pacis et concordie, ut prefati abbas et suus Conventus eundem Sdislaum et successores suos, heredes ipsius monasterij debeant reputare, et tanquam heredibus honorem exhibere.*) Haec omnia in virtute iuramenti ab utraque parte prestiti in manibus F.(ulconis) dei gracia Gnesnensis archiepiscopi precipimus perpetuo observari. Actum anno Domini Millesimo ducentesimo trigesimo octavo. In Andrevo, in caminata hospitum, presentibus Abbate eiusdem loci, et Renero et Warnero et Theodorico monachis, et alijs. – Ego Sulislaus canonicus Cracoviensis . . . . domini Bunkarini subscripsi.

---

*) In supradicto transsumpto regis Casimiri a. 1368 hic loci sequens varians lectio reperitur: „ut prefatus Comes Sdislaus prefatum Abbatem et suum Conventum et successores suos heredes et ipsum Monasterium debeat reputare et tanquam heredibus honorem exhibere."

Levos et Krisek filii Kriskonis villam Kryszkowice Theodoro palatino cracoviensi vendunt.

Cz. III No. 18
p. 32

Anno 1238, die 6–13 mensis Januarii

Noverint universi presentes et futuri, quod nos Levos et Crisek filii quondam Criskonis, vendidimus Comiti Theodoro Palatino Cracoviensi villam nostram, que dicitur Criskoviche pro viginti Marcis argenti et duabus tunicis Jure hereditario possidendam. Partem vero argenti nobis ipse solvit, residuum vero a fratribus de Andrevo per manus fratris Hugonis ipsius domus quondam cellarij coram domino duce Henrico Cracoviensi in ecclesia beati Floriani percepimus et tunicas. In cuius rei testimonium tam domini ducis, quam Episcopi domini Wizlai, quam eciam Palatini Pakoszlai et Clementis Castellani sigillis hanc Cartulam consensimus roborari. Nomina nihilominus virorum nobilium, qui huic con=

firmacioni nostre interfuerunt, et testes sunt, sub=
notantes, videlicet Dominus Wiszlaus Episcopus,
Pakozlaus Palatinus, Clemens castellanus Craco=
viensis, Vincencius Abbas de Brezk, Gregorius
archidiaconus, Boguzlaus Cancellarius, Clemens
Castellanus de Brezk, Wibentha, Comes Zegotha
cum fratre Andrea de Morawich, Poznanus, An=
dreas Sulcovich, Cressatha, Boz gladifer, Henri=
cus prepositus Mechoviensis, Mrokocha et pleri=
que alii. Actum anno M.CC.XXXVIII. in Oc=
tava Epyphanie.

Boleslaus (pudicus) dux Cracoviae Henrico sculteto desolatam sculteciam in Podoliniec (in Hungaria) confert.

Cracoviae, Anno 1244 die 30 Martii.

Boleslaus dux Cracoviensis et Sandomiriensis omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris presentes literas inspecturis salutem in omnium Salvatore. Quia celsitudo nostra, que sublevat omnium fidelium subditorum ipsis collaciones benigniter factas, ne eis antiquitas valeat novercari, literarum consvevit testimonio perennare. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium pervenire volumus: Quod cum fidelis noster Henricus scultetus a primevis puericie sue temporibus nobis gratum exhibuisset servicium et famulatum, signanter vero contra tyrannicam rabiem gentilium sive Tartarorum, nos immaniter persequentium, nolens parcere rebus et vite sue periculis, propter que et singulari nostra munificencia digne esset commendandus. Nos quia ex officio suscepti regiminis nostri tenemur merita meritis prevenire et dignam dignis serviciis reddere recompensam: ideo pro fidelibus suis serviciis conferimus, damus et donamus eidem sculteto cum suis heredibus et posteritatibus sculteciam in Podolin locatam, extirpatam ac desolatam ad nos jure hereditario spectantem cum omnibus et universis

pertinenciis, sylvis, montibus, rubetis, agris, pratis jam
extirpatis et in futurum extirpandis ex utraque fluvii
Poprad parte. Sylve autem nostre ad dictam scultetiam
spectantes incipiunt ab aquilone in quodam alto monte,
in quo monte est scaturigo de qua oritur rivulus, qui
cadit in fluvium Toprich et currit usque ad fluvium Poprad,
et transeundo fluvium Poprad pervenit in vallem et in
ascensu illius vallis ascendit ad altiorem montem lapi=
dosum versus meridiem, de quo monte descendendo ver=
sus orientem in vallem quandam per rivulum Lomprich,
deinde ex eo tendit et vadit per alium montem directe
in Koromnow in valle situm, ex quo Koromnow ascen=
dendo ad montem quendam magnum versus orientem
similiter, et de cacumine illius montis versus aquilo=
nem per fluvium Poprad ascendit per densas quasdam
sylvas, pervenit ad montem Javor dictum et per cacumi=
na tria istius montis Javor transeundo et currendo ver=
sus occidentem, pervenit ad priores montis alcioris ca=
cumen, et ibi terminatur limitacio. Quam quidem scul=
teciam cum omnibus utilitatibus et pertinenciis uni=
versis et distinccionibus sepefatis dicto Henrico et post
eum suis heredibus, heredumque suorum in posterum
successoribus dedimus, contulimus, donavimus jure he=
reditario et irrevocabiliter perpetuo possidendam, tenen=
dam et habendam eo titulo, ea plenitudine, eo juris pro=
cessu in omnibus causis discuciendis videlicet magdebur=
gensi quo cives cracovienses et sandomirienses utuntur.
Insuper damus quoque liberum molendinum in fluvio

Poprad, braxatorium, liberam piscacionem intra spacium
unius milliaris, venacionem et thelonei solucionem omni=
no liberam, pronunciando nihilominus: teneretur, tenebi=
turque nobis sepefatus scultetus annuatim pro festo
B. Martini solvere octo scotos argenti usualis, quos ad
presens propter devastacionem et depopulacionem dicte
scultecie eidemque vita nostra durante benigniter et
graciose conferimus et relaxamus. Actum et datum Cra=
covie, feria quarta post festum Annunciacionis beatis=
sime Virginis Marie A.D. MCCXLIV.

In tabulario civitatis Podoliniec

B. p. 311-314

Sulislaus canonicus cracoviensis vendi=
tionem villae Szczyrzyc comiti Theo=
doro (factam) confirmat.

R. III nº XXIV
p. 47

In Chroberz, anno 1244 die 6 mensis Julii

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Ut omnis humane opinionis penitus error in rebus pre=sentis submoveatur varietatis, Ego Sulizlaus Johan=nis filius, Canonicus ecclesie Cracoviensis notum fa=cio presentibus et futuris fidelibus, quod patris mei et patrui mei domini Andree tunc Scolastici Craco=viensis, postea episcopi Mazoviensis, vendicionem, quam cum comite Theodoro, tunc palatino Cracoviensi, de villa que Cirich nominatur, cum omnibus eius appendicijs integraliter fecerunt, gratam et ratam habens presenti scripto confirmo. Que villa quia pro Centum Marcis argenti est vendita quibus mee ne=cessitati, per patruum meum iam nominatum, cum essem Padue in studio, est subventum, et maiori hac racione et pietatis opere, quoniam in proprietatem monasterij in honorem beate virginis Marie ~~[illegible]~~

m

transunt, quod nominatus comes Theodorus fundavit, ita non solum vendicionis, verum etiam donacionis titulo, libera et quieta, jure hereditario in perpetuum permaneat. Ut nullus cognatorum meorum aliquem respectum ad ipsam habeat, hanc formam vendicionis et mee totalem voluntatem consensionis, presencia ducis Bolezlaui, filii Lestconis Sandomiriensis et Cracoviensis principis corroboravi, viva voce protestatus, et testibus presentibus sigilloque autenticis communiens. Scripta igitur nomina sunt qui presentes affuerunt: Dux Bolezlaus filius Lestconis cum matre sua domina Grimelli, Fulco Archiepiscopus Gneznensis, Prudota Cracoviensis Episcopus, Clemens Palatinus Cracoviensis, Florianus Palatinus Sudomiriensis, Michael Castellanus Cracoviensis, Sudo Castellanus Wisliciensis, Stephanus filius Andree de Cechon Castellanus, Pribizlaus filius Laurencii, Sulco filius Clementis, Clemens cum fratre eius filii Marconis, Sbigneu filius Egidij, Selizlaus de Grog et Magister Theodoricus, ducis Bolezlaui Cancellarius Cracoviensis. Acta sunt hec anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo quarto in Colloquio habito in Hrober II° Nonas Julii, Indictione II^{a}.

Boleslaus (Pudicus) Dux Cracoviae et Sandomiriae possesiones monasterii Szczyrzyciensis ab exactionibus juris polonici liberat.

Grodnicz, Anno 1250 d. 21 Junii.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Licet cuilibet secundum merita ipsius respondere debeamus, illorum propensius fidele servitium tenemur pensare, qui professione sancte religionis nostris ministris arctius student inservire. Notum igitur facimus vestre universitati quod Nos Boleslaus Dei gracia Dux Cracovie et Sandomirie una cum dilecta matre domina nostra Grimislava, pro remedio anime nostre et parentum nostrorum, dominum Tiolinum abbatem de Czyrzyc et omnes ejus successores et ipsius ecclesiam in honorem beate Marie Virginis constructam, in nostram et nostrorum successorum perenniter protectionem recipimus specialem. Villas etiam et predia ipsorum in nostro ducatu et eos qui in iisdem habitabunt, sive liberi, sive servi, vel adscriptitii, ab omni liberamus exactione, prestatione factione vel servitute, quas vulgariter de verbo ad verbum volumus enarrare: videlicet Powoz, Stroze, Poradlne, Stroza, Targowe, Prziwod, preter militale, a vaccis, ab ovibus, etiamsi

stationem habuerimus in villis ipsorum, a statione venatorum et aucupum, a statione pannificum et braxatorum, excepto si in eorum villa steterimus, et ab omni Pogon et expeditione, excepto si pagani vel alii homines in terra nostra volentes eam destruere, steterint et ab edificatione castrorum, preter solum castrum cracoviense, absolvimus et eos ab omni telonio nostri ducatus illarum tantummodo rerum, que pro ipsa domo nomine ipsorum ad quamcunque villam ipsorum deducentur. Absolvimus et homines eorum liberos et servos a judicio castellanorum et omnium judicum forensium, excepto quod coram nobis litera sigillata citati et coram castellano ac palatino cracoviensi tenebuntur respondere. Ut autem hec donatio libertatis perpetue robur firmitatis valeat obtinere, eisdem literam presentem contulimus sigillo nostro roboratam. Presentibus his nobilibus quorum ista sunt nomina: Dominus Fulco cancellarius curie, Gothko castellanus de Sandecz, Nicolaus judex cracoviensis, Petrus pincerna cracoviensis, Clemens filius Marci, Sando succamerarius cracoviensis, Slawa ejusdem frater, Mistislaus vexillifer cracoviensis, Marcus Sesenich, Hadantius, Alexander, Jacobus capellanus curie et alii quam plures. Acta sunt hec in Grodnicz Anno Domini MCCL. Undecimo Calendas Julii. Si quis autem hoc instrumentum infregerit, indignationem Dei omnipotentis incurrat.

B. p. 54-56.

Boleslaus (pudicus) dux Cracoviae donationem villae Łącko per Comitem Wierzgonem castellanum de Sandec monasterio miechoviensi factam approbat.

Bochniae, anno 1251. die 5. mensis Februarii

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Universa negotia quae stare cupiunt in statu solido, literis fiunt ac testimonia firmiora. Sciant ergo tam praesentes quam posteri, praesentis paginae inspectores seu auditores: Quod nos Boleslaus, divina favente gratia Dux Crac: et Sandomiriae, cum dilecta matre nostra Domina Grzymislava, praedictarum terrarum Ducissa, perspectis Comitis Wierzgonis Castellani de Sandec erga nos fidelibus obsequiis, omnes haereditates, quas donatione

nostra, vel patris nostri bonae memoriae Ducis Lestkonis, seu qualibet legitima taxatione acquisivit, sibi omnibusque suc-cessoribus suis confirmamus; dantes ei liberum arbitrium commutare, posteris relinquere, seu pro remedio animae suae Ecclesiae donare, nulla obstante filiorum vel consanguineorum suorum contradictione. Praefactus siquidem Wierzgo, zelo caritatis inductus, in nostra praesentia, et cum nostro consensu, et favore favente et adstante fratre ipsius Comite Gytone, nec non et filio eius Comite Woyzlao, unam de suis haereditatibus, quae Lancsco nuncupatur, quam tempore patris nostri pacifice et sine impedimento possedit: Fratribus Sancti Sepulchri, id est Domui Miechovien: pro remedio animae suae, et pro summa pecuniae CCC. Marcarum puri argenti contulit, haereditario iure possidendam. Quod si filius eius Woyzlaus praedictus, eandem ad suos usus revocare voluerit, datis CC. Marcis puri argenti praefatae Domui Sancti Sepulchri, sine omni strepitu calumniae, eandem in perpetuum possidebunt. Quia vero praetaxatam Domum Sancti Sepulchri specialiter diligimus

speciali gratia eos praemunientes, omnes incolas saepius dictae villae, ab omni iurisditione et gravamine Castellani excipimus, qui nec citentur, nec citati obediant Castellanis, excepta nostra Maiestate. Ut autem utraque donatio tam nostra, quam praefati nostri Baronis, rata et inviolabilis in aevum perseveret, per manum Dobeslai nostrae Curiae Subcancellarii, praesentem literam Sigilli nostri impressione fecimus roborari. Actum anno Domini M. CC. LI. in die B. Agathae Virginis in Bochna, sub horum nobilium testimonio: Comitis Michaelis Castellani de Cracovia, Comitis Clementis Palatini eiusdem, Nicolai Iudicis eiusdem, Sandonis Subcamerarii et Fratris sui Glawe Petri filij Viti, Domini Boleborij Abbatis de Tynca, et Martini Abbatis de Wanchodsc, Domoradi Subiudicis Cracoviensis, et quam plurimorum aliorum testium ibidem assistentium.

M. p. 171.

Boleslaus dictus pudicus dux Cracoviae confirmat venditionem villae Sciborzyce per Stiborium et Strachotam fratres monasterio Cisterciensium in Szczyrzyc.

Urzuty, Anno 1252 d. 14 Maji

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Nos Boleslaus Dei gracia Dux Cracovie et Sandomirie notum facimus universis tam presentibus quam futuris: Quod Chtiborius miles et Strachota frater ejus, filii quondam Nicolai hereditatem suam super Dlubnam fluvium, que Chtyborica nuncupatur, vendiderunt abbati et conventui de Czyrzycz cracoviensis diocesis ordinis cisterciensis pro LXXX et tribus marcis puri argenti jure hereditario in perpetuum possidendam, sicut in nostra et aliorum multorum presencia dicti milites sunt publice protestati, possessionem ejusdem hereditatis ibidem predicto abbati conferentes et asserentes nihilominus sibi pro ipsa totam pecuniam esse integre persolutam. In cujus rei testimonium et eciam firmitatem ad peticionem utriusque partis, presentes literas sigilli nostri munimine roboratas, predicto abbati duximus concedendas. Actum in Urzeth, pridie Idus Maji,

Anno Domini M.CC.L II. In presencia horum testium: Nicolaus pincerna cracoviensis, Thomas thesaurarius ducis, Sando succamerarius, Janusius filius Nawoij, Boxa, Marcus filius Tzemie, Bozetha, Nicolaus filius Petri, Martinus nepos Luce, Cristinus, Sala, Dobes, Vilga, Przeslaus, Voislaus ~~[illegible]~~ filius Dionisii et aliis multis.

(Oblat. ad acta castr. cracov. fer. 5a post fest. S. Prischae V. 1609 per Stanislaum Drohojowski abbatem ciriciens. – ubi memoratur originale in pergameno munitum fuisse sigillo ducali pensili cereo, in quo statua hominis cum aquila erat impressa. – Villa haec vocabatur Strzyborycze. Lib. Relat. Anni 1609 Tom. 35.)

Ex transsumpto Sigismundi Aug. 1559 Cracoviae intra Octavas Corporis Christi (in Actis castrensibus)

B. p. 58.

Boleslaus (pudicus) dux Cracoviae et San=
domiriae Petro abbati et monasterio Cister=
ciensium in Szczyrzyc concedit facul=
tatem locandi civitatem Novum-
forum (Nowytarg) dictam. (fałszywy)

Cracoviae, Anno 1252 d. 30 Maji.

In nomine Domini eterni Amen. Nos Boleslaus Cracovie
et Sandomirie Dei gracia dux notum testatumque facimus
universis presentibus et futuris: quod dilectorum Petri
abbatis et fratrum conventus domus de Sczyrzycz Cister=
ciensis Ordinis elevate peticioni annuentes, libertatem sibi
civitatem locandi in fundo pridem a nobis denotato, vide=
licet super albo Donajec jure theutonico moderni fori in=
dulsimus et concessimus fieri et locari, cujus civitatis no=
men sit Novum Forum, singulos et omnes mansos centum,
si tot vel plures possint inveniri inter fluvios Ostrovska
et Rogoznik a fluvio Lipietnica ad castrum Szaflarien=
se, a quibus per octo scotos prefati conventus abbas una
cum fratribus exigere potest. Statuimus in eadem civitate
advocatum per eundem abbatem ex civibus juratis, nostro
tamen consensu, requisicione, facta electione constitutum,
ita eciam quod in his mansis cives et omnes homines lo=
cati, coram ullo quam coram advocato jure theutonico Novi

Fori, ipsi in omnibus cogendi sunt litigare; sed hec: decisio capitis, membrorum mutilacio, consensui nostro reservamus, cui advocato concessimus octo mansos liberos ad fluvium Ostrovszko, in teloneo duos, molendina, tabernas, et omnem liquorem una cum tota communitate emulacionem, ex quibus mansis ad expedicionem bellicam unum, aliquando duos, ex teloneo alterum expediat. Ad extremum his privilegiis gaudeat Novum Forum, quibus gaudet civitas Cracovie et alie civitates nostre jure theutonico fundate. Ut autem hec nostra concessio in omnibus punctis, condicionibus et articulis in perpetuum robur et vim obtineat, et semper sine omni suspicione permaneat, presenti proinde privilegio sigillum nostrum est subappensum. Datum Cracovie Anno MCCLII in Octava Corporis Christi. Presentibus Prandota episcopo cracoviensi, Clemente cracoviensi, Bouslao sandomiriensi palatinis, Mirsone cracoviensi, Cislao sandomiriensi castellanis.

B. p. 59-60.
Fejer IV. 2. pag. 151.

Zdaje się być fałszywy bo dopiero r. 1264 Urban IV festum Corporis Christi ustanowił

1252 kasztel. krak. był Mikołaj
wojew. sandom. Bogufał
1253 kaszt. sandom. Petrus

Innocentius IV Papa donationem villae Lacko per Wydzgam Conventui Miechoviensi factam approbat.

Perusii, anno 1252 die 22. mensis Novembris.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Wiedzgoni Polono de Sandech militi, Cracovien. Diocesis, Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Sane presentate nobis ex parte tua litterae continebant: quod villam tuam de Lyhesco, que est in Castellania de Sandech Cracovien. Diocesis, pro remedio anime tue, dilectis filijs Fratribus [illegible]

Dominici Sepulchri, in praesentia Nobilis viri Ducis Cracovien: Ecclesiae Romanae devoti, pia et provida liberalitate donasti. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, donationem huiusmodi ratam habentes et gratam, illam auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusii X. kal. Decembr. Pontificatus nostri Anno Decimo.

(Oryginał na pergaminie z oderwaną pieczęcią, w zbiorze Antoniego Ryszarda-Zaczyńskiego w Krakowie r. 1888. – druk w Piekielski: Miechovia pag. 171-172.
Na odwrocie napis współczesny: fratris Martini Comiti Vicgorj.)

M. p. 171. 172.

Rg. III No. XXIX
p. 61

Boleslaus (pudicus) Dux Cracoviae et Sandomiriae fundationem et dotationem monasterii Cisterciensium in Szczyrzyc per comitem Marconem palatinum cracoviensem factam confirmat et novam donationem duarum villarum per Clementem et Marcum impertitam approbat.

Cracoviae, anno 1254 die 10. mensis Maji.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen. Noverint universi praesentes et futuri, Quod coram nobis Boleslao dei gratia duce Cracovie et Sandomirie, et serenissima matre nostra Grimislava, accedentes milites nostri Clemens et Marek fratres uterini filii quondam Marconis palatini cracoviensis donationes omnes quas pie memorie Comes dictus Czader eorum patruus quondam etiam Cracoviensis Palatinus, fecit Cenobio sacro de Sczyritz Cisterciensium ordinis, Cracoviensis dyoeceseos, quod ipse fundavit et dotavit, tam in possessionibus quam decimis de villis hic nominatim expressis, videlicet:

villa quae dicitur Schiricz, Pobranschin, Abramovicze, Podolan, Pogorsane, Godusa, Criscovicze, Corduanow, Vloszan, Mogilany, Glogaczow, Cissow, Sciboricz, aquis quoque hijs Dunaycia nigra, Dunaycia alba, Rogosnik major et Rogosnik minor, Lipetnicza, Norousowa, Slona, Stradomia, Mezvoza, Kasina quae fluit de Snezna, Mchena quae fluit de lapide etiam domus Sciriciensis, Wlostowa quae fluit in Moschena una cum Wirbova, Luna magna quae fluit de Obidova de sylva domus ejusdem, item Luna parva, Wilowizal, fluvius Ponecza, Cobula, Sulicova, fluvius Leznica, fluvius Cobula magna item Pikelnic, item Raba in imo litore, item aquae quae dicuntur Poronin ambae, addentes et campos et prata sic nominatos Dlugopole, Luzemer, Dambno, Ostrowicz, Osci, Moscisco, Wilczepole et insuper sal de Rabschycza, item mons Gora nuncupatus, cujus medietas ad supradictum claustrum Schyricz pertinet. Et sciendum, quod in omnibus his nominatis aquis, silvis et montibus fratres praedicti claustri Schyricz locare potuerint civitates, villas et alias utilitates quascunque, prout eis melius et utilius videbitur expedire. Porro nihilominus Kizelicze atque thaberna de Magnosale et ceteris superius dictarum rerum attinentiis et quibuscunque possessionum emolumentis et fructibus liberaliter et devote ratas habentes confirmarunt. Praeterea praefati milites Clemens et Marek suorum progenitorum vestigiis piae devotionis effectuosissime inhaerentes sicut veri heredes et devoti patroni pro remedio animarum suarum successorumque progenitorum, in puram eleemosinam supradicto cenobio de Schiricz et fratribus ibidem deo famulantibus, ex suis propriis facultatibus duas villas, videlicet Droginam cum molendino et taberna et Brenczowicz cum una sorte Popowicz nomine hereditario in perpetuum possidendas conferentes, nobis cum saepedicti cenobii domino Checicio abbate et fratribus humiliter supplicaverunt, ut easdem patrui sui et eorum donationes et confirmationem, tamquam legitime et provide factam, approbaremus. Nos igitur, cupientes dicti cenobii orationum vel potius totius ordinis praefati participes effici, ipsam benigno favore recipimus, et eam quae a veris haeredibus et patronis facta dignoscitur, clementer approbamus. Et ne quid coram facto hujusmodi desit, quod minus forte posset aliquibus qualitercunque videri, auctoritate nostra supplemus, volentes ut illud semper maneat inconcussum. In cujus rei memoriam perpetuam et roboris firmitatem, praesentem paginam sigilli nostri munimine duximus consignandam. Datum Cracoviae Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense Mayo II Idus. Praesentibus his testibus quorum hic nomina continentur, Michahele Castellano Cracov. Nicolao judice cracoviens. Sandcone subcamerario, Bartholomeo et Sulislao filiis Brisiconis, Svantosio Wozni et aliis multis idoneis et fide dignis.

B. p. 63–68.

Boleslaus (pudicus) Dux Cracoviae alteram partem villae Nieszkowa Henrico praeposito conventus miechoviensis pro villa Biczyce ratione commutationis factae resignat.

Bochniae, anno 1255 die 9. mensis Junii.

In nomine Domini Amen. Omni calumniae ianua praecluditur cum quod geritur scripti testimonio roboratur. Nos ergo Boleslaus Dei gratia Dux Crac: et Sandomiriae. Notum facimus universis praesentibus et futuris, quod ob devotionem Miechovien: Ecclesiae, et ob reverentiam Sanctissimi Sepulchri Domini nostri Jesu Christi, et pro remedio animae faelicis memoriae patris nostri Lestkonis Dei gratia illustris Ducis Crac: et Sandomiriae, et incolumitate nostra et Serenissimae matris nostrae Grymislavae

Grymyslavae, et Conegundis Coniugis nostrae, dilectissimaeque, germanae nostrae Sororis Salomeae, quondam Reginae Haliciae, cum Domino Praeposito Henrico et Fratribus Miechoviensibus, talem fecimus permutationem. Cum enim villa nomine Nieskowa, sita in Castellanatura de Sandeiz, cuius villae pars ad ipsos pertinebat et pars ad nostrum Dominium et Ducatum, Praepositus et Patres iam praedicti, multa incommoda, a nostris hominibus ibidem morantibus sustinuerunt, et gravamina. Nos volentes eorum commodo prospicere et quieti, nostram partem, et omne ius, quod in ipsa obtinebamus, eorum iuri et proprietati concessimus, et in possessionem corporalem eos induximus. Ponentes ipsam villam et homines in ibi habitantes, sub eadem libertate sub qua caeterae villae Domus praelibatae, ab antiquo fore dignoscuntur. Quae tantummodo Dominorum suorum tam dictorum, videlicet Praepositi et Fratrum, et successorum suorum in perpetuum, et utilitatibus et servitio deputentur. Et hoc fecimus pro alia villa nomine Bicichi, sita similiter

similiter in Castellania de Sandeiz, quam ipsi nobis cum omni iure, sicut possederant, assignaverunt. Nulli ergo hominum liceat hanc nostrae permutationis et concessionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei et nostram se noverit incursurum. Et ut haec omnia sint firma et rata in perpetuum, praesentibus Sigillum nostrum duximus appendendum. Acta haec sunt in Bochnia, Anno Domini, Millesimo, CC. LV. Indictione XIII quinto Idus Junij, praesentibus his testibus, quorum ista sunt nomina: Comes Gethca Castellanus de Sandeiz, Nicolaus Castellanus de Lublin, Nicolaus Judex Cracovien. Wyzga frater Gethconis, Sando Subcamerarius Cracovien. Domarath Subiudex eiusdem. Jacobus et Miroslaus filii Mszcznii, Joannes subpincerna Cracovien. Prybyslaus Subdapifer Cracovien, Clemens filius Marci, Marcus filius Thomae, Thomas et Nedantius Capellani Curiae. Twardoslaus Clericus, qui hoc instrumentum scripsit.

R. III
n° 31
p. 64

Boleslaus (pudicus) Dux Cracoviae villas monasterii Szczyrzycensis ab exactionibus juris polonici liberat.

Cracoviae, anno 1255.

In Nomine Dñi Amen. Quoniam tempus inprimit quandam infectionem rebus (calumpniae), a qua res corrumpuntur, ne id, quod geritur in tempore, per corruptionem temporis ab humana memoria elabatur, et ne possit scrupulo praepediri (ullius), assolet scripto, testium et apicum testimonio perhennari. Quamquam et cuilibet secundum merita ipsius respondere debeamus, illorum propensius fidele servitium tenemur pensare, qui professione sanctae religionis nostris ministeriis arctius studuerint uservire, — proinde noverit tam praesens aetas

quam postera, quod Nos Boleslaus Dei gratia Dux illustris Cracoviae et Sandomiriae, una cum Dilecta matre nostra Domina Grimislava, ac etiam carissima nostra conjuge Domina Cunegunde filia superillustris Regis Hungarum, ducissa terrarum, eorundem nostrorum progenitorum vestigiis piae devotionis effectuosissime inhaerentes, libuit nobis super Ecclesiam et cenobium sanctae Mariae in Ciric specialem habere Devotionem. Volumus itaque et cupimus pro remissione nostrorum omnium peccatorum, et pro animabus nostrorum parentum, ut hoc monasterium temporibus nostris potiatur felici ac perpetuo incremento. — Ideo Dominum Pessetinum Abbatem de Ciric, et omnes ejus successores et ipsius ecclesiam in honorem Beatae Mariae Virginis constructam, in nostram et nostrorum successorum perenniter protectionem recipimus specialem; villas tam ac praedia ipsorum in nostro Ducatu, et eos, qui in eisdem habitabunt,

sive liberi, sive servi, sive adscripticii, ab omni liberamus exactione, praestatione, factione, labore, et servitute, quae singulariter, de verbo ad verbum volumus enarrare: Povoz, Strose, Poradlne, Lanowe, Stroza, Targowe, Pomocy, odprawczowe statie, Podwoda Privody preter militale a Dacione casei, rogowe, stan, wojna, gród, a vaccis et ovibus; etiam si stationem nos habere contingat in villis ipsorum, a statione venatorum et aucupum, a statione panificum, a statione nostrorum equorum, a statione braxatorum, ab omni pogon et expeditione, excepto si pagani vel alii homines in terra nostra, volentes eam Destruere steterint. Absolvimus insuper eorum homines ubilibet constitutos ab aedificatione et reformatione castrorum, praeter solum castrum Cracoviense. Etiam absolvimus eos ab omni Theloneo nostri ducatus illarum tantummodo rerum, quae pro ipso monasterio, nomine ipsorum ad quamcunque villam eorum Deducantur. Absolvimus insuper homines

ipsorum liberos et servos a judicio castellanorum et omnium judicum forensium. Et licet haec ante annos quinque late et longe contulimus, tamen ob certitudinem majorem haec repetendo, majora addimus in fide firmiores. Demum praedictos homines Cmethones et Sobagones in villis eorundem, licet ipsae villae sint junctae et contiguae villis, civitatibus, castris, praediis, fortaliciis nostris aut aliquorum nobilium villis, a laboribus vel servitiis, si quos vel quae per consuetudinem aut quocunque jure, vel praescriptione, nostri praedecessores et nos habuerunt et habuimus seu habituri sunt, ac praedicti nobiles nostri habuerunt et habebunt, liberamus absolvimus et eximimus, harum scilicet terrarum, excepto privilegio supremi dominii nostri pro nostra curia ducali, in qua nostra (erit) generalis residentia [redacted] ex villis quae sunt propinquiores dictae curiae nostrae duos dies infra annum, singulis annis unum, scilicet tempore messis ad metendum et (hinc) in horreo

reponendum, alium ad falcandum et in allodio ordinandum sint adstricti. Demptis villis quae sunt prope montem Obidolla, qui mons est monasterialis, quum hominum ibi habitantium terram nives longo tempore obsident, premunt et frigora premunt ac detinent, ideo hos homines a labore fortalicii nostri ibi consistentis perennitus liberamus et absolvimus. Item quod dominus Henricus Dux et fundator loci ejusdem hac libertate dictum Abbatem et successores dotavit, et quod per pias largitiones fecerunt praedecessores, dignum est, ut per successores confirmetur, ratumque et firmum temporibus perpetuis perseveret. Conferimus insuper eidem Abbati liberam et omnimodam venationem in silvis circumjacentibus usque ad montes qui dicuntur Tatry, et piscationes in aquis fluviorum ibidem fluentium, quas aquas et silvas, anno elapso in privilegio nostrae confirmationis ad punctum consignare demandavimus. Licet autem (in) eodem

territorio circumquaque, villae nostri Ducatus et nobilium sint permistae, tamen in silvis et fluviis dictis eis venationes et piscationes non debent prohiberi. Insuper si aliquod metallum in territorio eodem (et) bonis dicti monasterii poterit reperiri, medietas ejus ad ducale Dominium, Abbati medietas residua (sine haesitatione) semper reddetur. Postremo per has literas nostras De villis Ciric, Pobrantin, Dobrognew, Abramowicze, Gruszowcie, Godusza, Logórzany, Smikan, Lyudmierz, Cranszów, Głogoczów, Mlosan, jam dictus Abbas et conventus, de Decima aliqua tenentur et Decernentur respondere nemini, quoniam a veris haeredibus et Devotis patronis hae villae et decimae per eas pervenientes sunt liberalissime exemptae et eidem monasterio collocatae; — De Krystowicze autem, Mogilani, Stiborzice, Curduanów, de agris duntaxat praedialiis ad jam dictum locum dignoscitur et definitur pertinere. Et hanc insuper gratiam specialem et libertatem nostrae jurisdictionis huic monasterio

conferimus; si aliquo casu decimam aliquam aut partem earum de supra notatis villis, ab hoc monasterio quis aliqua donatione aut consuetudine in praescriptionem juris induxerit, ab ipsa praescriptione nostra auctoritate hunc locum eximimus, et qui has abalienaverit, et is qui tenuerit et non cum satisfactione restituerit, indignationem Omnipotentis Dei incurrat: quoniam justo judicio juris canonici, quo pollet ordo horum cenobitarum, nec is qui tenet juste Dare potuerit, nec accipiens juste tenere poterit, etsi mille annis tenuerit, ratione circumstantiarum praecedentium. Ut autem haec nostra donatio inconcussa permaneat, (memoria) et testimonium ejusdemque, praesentes literas nostri sigilli (munimine) Dignum statuimus Designandas. Acta sunt haec in Cracovia. Anno Dñi Millesimo Ducentesimo quinquagesimo quinto. Praesentibus Michaele Castellano Cracov. — Sandecone Succamerario,

Johanne Subpincerna Cracov. Neudanio Capellano nostro D' Csek, et Arnoldo Capitano nostro et aliis quam pluribus militibus idoneis clericis et laicis fide dignis.

B. p. 69-73.

Boleslaus dictus pudicus dux Cracoviae uxori suae Cunegundi ratione dotalitii terram sandecensem cum dominio thelonei donat.

In Korczyn 1257 d. 2 Martii.

In nomine Domini Amen. Quoniam plasmator hominis Deus, post creationem primi prothoplasti, volens ut propago humani generis potiora primordii sui nancisci valeret incrementa, praevidendo et praedestinando liquidoque praeostendens in se individuae Trinitatis unitatem, legitur dixisse: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi, ut hac sanctione indultove salutari inter cultores fidei orthodoxae carnis identitas, prolis pluralitas, pacis tranquillitas in universi orbis plantario uberius cresceret Domino irrigante; Hinc est quod nos Boleslaus Dei gratia dux Cracoviae et Sandomiriae notum esse volumus praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris, quod nos ab ineunte aetate nutui ac beneplacito optimi conditoris gestientes parere per omnia et ut melius et quietius opitulante Deo possemus nostri principatus gubernacula possidere, de consilio maturo venerabilis in Christo patris domini Wislai cracoviensis episcopi decretoque omnium optimatum nostrorum et baronum, adjutorio Dei

praevio conjunximus nobis copula maritali generosissimam
dominam Kunegundim illustrissimi regis Hungariae domini
Belae filiam, non solum auro, argento et lapidibus prae:
tiosis gloriose regali providentia et magnificentia ditatam,
verum virtutum etiam ac nobilium morum dotibus pluri:
mum redimitam, quae inspirante Deo, temporalis suffra:
gii adminicula nobis tempore nostrae permaximae necessi:
tatis praestitit copiose, ut ex his quae subnectuntur li:
quebit luculenter. Cum enim tempore malo permittente Deo
peccatisque nostris exigentibus Tartari terras nobis sub:
jectas mucrone crudeli depopulati fuissent, terramque su:
bito et inopinate debriassent profluvio sangvinis Christiani,
demumque pereunte cultore omnia deperiisse viderentur;
um
nobis more principali ac magnificentia omnibus gratio(sissima)
reddentibus
(~~imperare non liceret, dumque~~) nihil perfunctoriarum pecu:
ex inditae largitatis imo laudabilis prodigalitatis
ex molitae niarum sub duri cordis lapide (~~et~~) sitibundo (avaritiae aestu)
retinentibus
:/ eadem correctura in 2do exemplari :/ (~~in thesauris nostris lateret~~) magisque nobilis militiae cohor:
quam divitiarum vel pecuniarum cumulatione in archivis delitescentibus nostrae
te (~~ex inditae largitatis imo laudabilis prodigalitatis~~
conscientiae stipati incedere gauderemus
~~innata generositate quam divitiarum cumulo stipati
gauderemus~~) ac ob id consequenter ad notabilem inopiam fuisse:
mus devoluti ex eo, quod stipendia solita militiae nostrae
unde solveremus penitus non inveniremus et ex praemis:
sis saepedicta venerabilis gloriosa domina consors nostra
charissima cernens nos plurimum anxiari, ~~in~~ ineffabili et
infallibili glutino fervidae charitatis quo nostris affec:
tibus jugiter inhaesit, concitata, compatiens ex intimis,
saepedictas pecunias sui dotalitii per plures vices in
pensionem stipendiorum jam dictorum largiflue exhibuit
expendendas, ea tamen conditione adjecta coram aliquibus
nobilibus terrae nostrae, ut data sibi fide saepius dictam pecu:

niam mere et integre ac sine omni diminutione tempore
et loco solvere obligaremus, quod et fecimus, praestantes
sibi super nostris sponsionibus debitam cautionem et quod
tantas pecunias, ad quas nos solenniter et fideliter obligave:
rimus, tempore et loco ut praemittitur persolvendas urgen:
tis necessitatis stimulo impellente; atque quod promiseramus
crebris et variis infortuniis succedentibus dumque ad solutionem
tantarum pecuniarum insufficientes et invalidi reperiremur, usi
salutari consilio venerabilis patris domini Prandotae cracovi:
ensis episcopi et ex decreto omnium nostrorum baronum ac
unanimi voluntate pariter et assensu, terram Sandecensem
et
pure et integre (sine omni diminutione cum pleno dominio,
sicut ipsi tenuimus, sibi) damus et conferimus irrevocabili:
terque tradimus ~~et~~ in perpetuum possidendam cum pleno do:
minio thelonei et omnibus attinentiis pertinentibus ad ean:
s
dem, silvis usque ad metam Hungariae se extendentibus,
fluviis, piscaturis, piscinis, tabernis, molendinis, pratis,
pascuis et omnibus aliis attinentiis et pertinentiis, quibus:
cunque nominibus censeantur, ita quod dictam terram lice:
at sibi vendere, commutare, donare, locare et quolibet modo
a se alienare. In qua terra nostris succedaneis nihil aliud
juris relinquimus, nisi jus in solatium praefatae nos:
trae conjugis praedilectae tuitionis, defensionis et conser:
generosa
vationis, ut (~~gloriosa~~) domina, si nos vocante Domino prius
de ergastulo carnis migrare contigerit, solatiis delibuta ac
suffragiis suffulta in gravamen temporum, quoad vivat, aut
post obitum suum terram memoratam alterius gentis non
applicet populo, aut a polonica natione divellat indignata,
sed semper materno affectu ac fide illibata, quam ad gentem
supradictam inviolabiliter immutabiliterque tenuit, ipsam

gentem confovendo indesinenter foveat more solitae pietatis. Ut autem haec nostra irrefragabilis donatio imo verius incomparabiliter minus sufficiens retributio ac recompensatio obtineat robur perpetuae et inconcussibilis firmitatis et ne aliqui instigante spiritu malitiae et nequitiae, timore Dei prorsus abjecto, pluries dictam dominam vel legitimos ejus successores praesumant injuriis vel molestiis quibuslibet modo quolibet indebite lacessere, praesentem paginam super his diligenter confectam sigillo nostro fecimus communiri. Acta sunt haec in Corczin villa nostra [Anno] ab incarnatione Domini ~~Millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo~~ [M°CC°LVij], Sexto Nonas Martii. Praesentibus his testibus: illustribus Kazimiro Kuiaviensi et Lanciciensi, Zemovito Mazoviensi ducibus, Janussio Gnesnensi praeposito et cancellario ducis Kazimiri, Fulkone cracoviensi et sandomiriensi cancellario, per cujus manum hoc privilegium datum est, Nicolao cracoviensi, Zegneuo sandomiriensi, Abrahamo mazoviensi palatinis, Boguphalo sandomiriensi, Joanne de Grechow, Bronisio de Begflech castellanis, Varsio dapifero, Sulislao agazone sandomiriensi et aliis quam plurimis clericis et laicis fide dignis.

(Ex archetypo pergameno cum sigillo pensili in funiculo coloris rubei sericeo pendenti praeseferente personam ducis dextra lanceam sinistra vero scutum cum aquila tenentis cum hac epigraphe S. Boleslai)

p. 85-90
Fejér Cod. dipl. T. IV Vol II p. 443.

Ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandec, saec. XVII scripto, fol. 1 v. :/

R. III nº 41
p. 86

Prandota episcopus Cracoviensis decimas in Poznachowice, Goszczachow et Glichow monasterio Szczyrzyciensi donat.

Cracoviae, anno 1264 die 12 mensis Maji.

P.(randota) dei gratia Cracoviensis Episcopus. Universis praesentem paginam inspecturis Salutem in omnium salvatore. Quamvis omni petenti dare debeamus tamen secundum Ambrosium perfecta liberalitas fide causa loco tempore commendatur Item et si omnibus debetur misericordia justo amplius est praestanda Unde ordinem cisterciensem plenae caritatis brachiis amplectentes omni favore et auxilio, quo possumus prosequendo, propensa non modica paupertate monasterii de Ciritz ac ibidem domini Abbatis totiusque ipsius conventus degentium honesta vita, sancta conversatione, devotioneque laudabili consideratis cum in eo concurrant, omnes

circumstancie supradicte, donamus et conferrimus una de communi consensu ac unanimi voluntate nostri totius capituli eidem monasterio de tribus villis scilicet de Poznanouich, aput Gostachum, et in Dlichow decimas in perpetuum possidendas. Ita tamen quod quantitatem moderni valoris, decem marcarum argenti, videlicet non excedant. Et si quando forte in eisdem fundis decimalibus collocari contigerit villam vel oppidum licet possit fieri compensata eis praedicta quantitate. Preterea addimus de terra dicto monasterio decimam in Nigra silva post centum mansos franconicos quam ibidem poterunt extirpare in perpetuum percipiendam. Has autem donationes idcirco facimus ut fratres inibi deo in perpetuum servientes, nobis et fratribus nostris canonicis videlicet Ecclesiae majoris, universis et singulis, et nostris ipsorumque successoribus sint magis obnoxii familiaritates impendere et Deo continue orationibus commendare. Ut igitur hec nostre donationes quas de consensu ut diximus nostri Capituli fecimus inconcussae permaneant et robur perpetue obtineant firmitatis, praesentem paginam super eis confectam munimine nostri atque praedicti Capituli sigillorum dignum duximus muniendam. Actum publice in Cracovia Anno domini

Goszczachow albo Godusza ?

M° CC° LX° quarto: IIIJ° Idus Maij. Praesentibus in capitulo fratribus nostris videlicet dominis Ivone decano Nicholao praeposito Troyano Cantore Petro custode Cracoviensi magistro Jacobo praeposito Wislicensi et canonico Cracoviensi. Paulo cancellario domini ducis et canonico cracoviensi. Valtero Lambino Petro Hermanno et Nicolao Canonicis Cracoviensibus.

sznurek z jedwabiu zielonego

Boleslaus (dictus Pudicus) Dux Cracoviae, cives Sandecenses ab exactione thelonei liberat.

In Korczyn, anno 1273 d. 18 mensis Aprilis.

Noverint ~~omnes~~ universi tam praesentes quam futuri quod nos Bole . . .
slaus Dei gratia Cracoviae et Sandomiriae
Dux cupientes profectum et utilitatem nostrorum civium de Sandech procurare
damus (eis et conferimus hanc eis nostrae gratiae liber-
tatem ut cum qualibuscumque mercibus eis per Cra-
coviam et Bochniam libere transire liceat per to-
tum Ducatum nostrum absque omni solutione
thelonei et exactione. Volumus etiam ut haec
nostra donatio per nostros successores per-
petuo confirmetur. Naves vero cum frumento et [1] insulis:
aliis mercibus immunes[1] dimittit[2] quotiescumque [2] dimittere (dimitere)
voluerint et quotiescumque liberam habeant potestatem
~~textem~~. Si quis aut theloniariorum in nostro Duca-
tu aliquem de dictis (civibus nostris) praesump-
serit molestare ~~aut~~ et hanc nostram promissionem et do-

nationem immutare attemptaverit nostram indignationem se noverit incursurum. Ne autem super eadem libertate ab aliquibus ambiguitas haberetur, praesentem eis paginam concessimus nostri sigilli et nostrae illustre coniugis dominae Kunegundis munimine roboratam. Datum in Coreczyn Anno Domini Millo Ducentesimo LXXIII XIIII Kalendys May per manu Twardoslai Cantoris Sandomir et Cancellarii Curie nostre

liberat ab omnibus theloneis et navigio

Boleslaus (dictus Pudicus) Dux Craoviae cives Sandecenses ab exactione thelonei liberat.

In Korczyn, anno 1273 die 18 mensis Aprilis.

Noverint universi tam praesentes quam futuri quod nos Boleslaus Dei gratia Cracovie et Sandomirie Dux cupientes profectum et utilitatem nostrorum civium de Sandech procurare damus eis et conferimus hanc eis nostre gratie libertatem ut cum qualibuscumque mercibus eis per Cracouiam et Bochnam libere transire liceat per totum Ducatum nostrum absque omni solutione thelonei et exactione. Volumus etiam ut haec nostra donatio per nostros successores perpetuo confirmetur. Naves vero cum frumento et aliis mercibus inferius dimittere quotiescumque voluerint et quotcumque liberam habeant potestatem. Si quis aut theloniariorum in nostro Ducatu aliquem de dictis nostris civibus praesumpserit molestare et hanc nostram promissionem et donationem immutare attemptaverit nostram indignationem se noverit incursurum. Ne autem super eadem libertate ab aliquibus ambiguitas haberetur

m

praesentem eis paginam concessimus nostri sigilli et nostrae dilecte conjugis dominae Kunegundis munimine roboratam. Datum in Corczin Anno Domini Millesimo Ducentesimo LXXIII°. XIIII° Kalendys May per manus Twardoslai Cantoris Sandomiriensis et cancellarii curie nostre.

(Oryginał na pargaminie, pieczęć oderwana tylko sznurek jedwabny zielony pozostał)

LXXXXVII

Cunegundis ducissa Cracoviae cives Sandecienses ab exactione theloneorum liberat.

In villa Syuner, anno 1278 die 25 mensis Novembris

Noverint universi presencium notitiam habituri quod nos Kunegundis dei gratia Cracovie ac Sandomirie ducissa, attendentes civium nostrorum in Sandech civitate habitantium multimodam erga nos obsequiositatem, hanc de nostro favore benigno gratiam cum eis duximus faciendam, ut quotiescunque currus eorum seu vehicula cum mercimoniis, cujuscunque generis fuerint vel valoris, per hec tamen oppidorum loca, scilicet Woynich. Opatouec, Korchyn, transire contigerit, ab omni teloneorum exactione sint immunes. Quod si quispiam huic nostre concessioni ausu temerario contraire, et nomine telonei aliquid ab eis extorquere praesumpserit tripla se restitucione de ablatis noverit puniendum. In hujus autem rei testimonium et perhempnem memoriam presens eis scriptum, sigilli nostri apposicione communitum. Anno Domini MoCCoLXXVIIIo. In die beate Katharine virginis gloriose. In villa Syuner nuncupata.

(Oryginał w Nowym Sączu na pergaminie pieczęć podłużna zielona woskowa na sznurku czerwonym: Matka boska siedzi na gotyckim tronie z P. Jezusem przed nią kobieta klęczy. Dokoła napis: S. Cunegundis dei gr. ducisse Cracovie et Sand.)

Cunegundis ducissa Cracoviae cives Sandecenses ab exactione theloneorum liberat.

R. III. No 54
p. 119.

In villa Syuner, anno 1278, die 25 mensis Novembris.

Noverint universi presencium notitiam habituri quod nos Kunegundis dei gratia Cracovie ac Sandomirie ducissa, attendentes civium nostrorum in Sandech civitate habitantium multimodam erga nos obsequiositatem, hanc de nostro favore benigno gratiam cum eis duximus faciendam ut quotienscunque currus eorum seu vehicula cum mercimoniis, cujuscumque generis fuerint vel valoris, per hec tamen oppidorum loca, scilicet Woynich, Opatoue, Korchyn, transire contigerit, ab omni teloneorum exactione sint immunes. Quod si quispiam huic nostre concessioni ausu temerario contraire, et nomine telonei aliquid ab eis extorquere praesumpserit tripla se restitucione de ablatis noverit puniendum. In hujus autem rei testimonium et perhempnem memoriam presens eis scriptum, sigilli nostri apposicione communitum. Anno Domini M°CC°LXXVIII°. In die beate Katharine[1] virginis gloriose. In villa Syuner nuncupata.

1) [illegible] III p. 120 ma Krystine

m

(Oryginał w Magistracie Nowego-Sądcza na per=
gaminie pieczęć podłużna woskowa zielona
na sznurku ponsowym wyobraża Ś. Maryją
siedzącą na tronie gotyckiego kształtu, trzymają=
cą Ś. Jezusa jako dziecię – przed nią klęczy kobie=
ta; dokoła napis: S. Cunegundis dei
gr. ducisse cracovie et sand.)

Cunegundis relicta vidua Boleslai dicti pudi=
ci ducis Cracoviae, coenobio monialium in Antiqua-
Sandecz dotem inscribit.

In Sandecz 1280. d. 6. Julii. ~~[illegible]~~

Archiw 1829 No. 65.

Kuropatnick Ewaryst: Collectanea Manuscriptorum in Anno 1770 et 1771. Bibl. Oss. Nr CCCXXV.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Ha/Abun=
dante hominum malitia, non tantum ea, quae ad commo=
dum mortalium, verum etiam, quae ad (divini) vivi et aeterni
Dei fiunt gloriam et honorem saepius infirmantur: si
non scripto testium ac testimonio litterarum perenniter
sint firmata. Ea propter et praesentes noverint et futu=
ri, quod nos Cunegundis relicta domini Boleslai felicis
recordationis quondam ducis Cracoviae et Sandomiriae, domina
et princeps de Sandecz, piae considerationis intuentes
oculo, exactaque diligentia perpendentes, nil adeo perfi=
cere in illo novissimo examine districto, nec posse placa=
tum facere illum districtum Judicem, qui vitam justis
et mortem impiis dat aeternam, quantum opera miseri=
cordiae, quae tunc sola suos comitantia actores aeternae
beatitudinis januam interducunt: coenobium seu clau=
strum sanctimonialium ordinis sanctae Clarae, ad Dei
gloriam et Sanctae Dei genitricis Mariae ac beati Francis=

ci gloriosi confessoris honorem nec non sacrae religionis propaginem ac pro salute animarum tam nostri praefati mariti quam nostrae, in ipsa civitate Sandech fundandum statuimus et etiam construendum; certas personas videlicet dominam abbatissam cum collegio et conventu sororum dicti ordinis inibi statuendo, ut deposito liberae voluntatis arbitrio serviant diu noctuque Domino in timore et ambulent in sanctitate et justitia coram Christo, abnegantes se et sua, eligendo potius per arctam viam et angustam portam vitae januam introire; unde non immerito hujus temporalis vitae necessariis sunt juvandae, ut eo devotius quo quietius Domino famulentur, sibique proficiant per vitae meritum et aliis per orationum suffragia et exemplum. Igitur volentes eas in temporalibus non deficere, ut semper in spiritualibus proficiant, donamus, conferimus et titulo perpetuae donationis mera et simplici voluntate irrevocabiliter tradimus praefatam civitatem Sandech cum theloneo et omni quaestu et utilitate ipsius, nec non has villas et haereditates nostras, quarum haec sunt nomina: Barcici, ~~[illegible]~~ Goltcovicy, Kadcha, Lucescko, Mascovicy, Lymcha, Zarechane, Zagorino, Scezer, Kluchane, Nossachovicy, Dambrowa, Mocra, Podegrodze, Gostycha, Brezna, Podrecze, Kochowicy, Bitczycy, Chelmech, Stressicy, Sedlcha, Elbyna, Parcum, Iczynarsco, Beganicy, Myslcha, Podolino, Prescecinycha, et Uetrzyncha cum fluminibus, molendinis, clausuris, piscationibus, silvis, nemoribus, venationibus, mellificiis ac cum omnibus utilitatibus et attinentiis earum universis quae eisdem illis

~~[illegible]~~ de jure pertinent ab antiquo cum juribus et potestatibus secundum quod nostro dominio subjacebant; damus inquam praefato coenobio et conventui jure haereditario pacifice et quiete in perpetuum possidendas, tantummodo hoc excepto, quod pro nostrae subsidio vitae nostrisque necessitatibus ducentas marcas argenti fusi annis semper singulis persolvendas de praefata moneta quoad vixerimus reservamus. Praedictas autem civitatem et villas cum juribus, judiciis, judicato, cum utilitatibus et attinentiis praedictis tanquam nobis ex donatione propter nuptias vel nomine dotis seu dotalitii facta de jure pertinentes, quasi domina legitima et princeps earundem supradicto coenobio duximus conferrendas, tradendo et assignando eas in manus venerabilis in Christo patris nostri fratris Nicolai ministri provincialis nomine memorati conventus stipulantis et recipientis auctoritate reverendi domini Matthaei in Porticu sanctae Mariae dyaconi cardinalis, tutoris et defensoris praedicti ordinis beati Francisci praelibati confessoris. Nulli ergo hominum liceat hanc nostrae donationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac dictorum sanctorum incurrat et cum iniquis in praefato examine districto recipiat portionem. In praemissorum itaque omnium evidentiam certiorem praesentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta haec

12ty z kolei prowincyał Mikołaj Morawy obrany w Pizie 1272–1282 [illegible] pag. 233

odpis Kuropa[illegible] na „Matthiae in Porticu S. Mariae diaconi"

sunt publice in Sandech, coram magnifico domino Lestkone illustri duce Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae, qui tunc est publice protestatus nos posse rite facere praefatam donationem et suo sigillo praesentem paginam etiam roboravit. Anno Domini M^o CC^o LXXX°, Indictione vij infra octavas apostolorum Petri et Pauli beatorum. Praesentibus hijs: comite Warsio castellano cracoviensi, domino Procopio cancellario praefati domini ducis, comite Pelca castellano sandomiriensi, comite Zegotha castellano lublinensi, comite Martino castellano Brezensi, et coram hijs viris religiosis et patribus venerandis: supradicto ministro, fratre Stephano guardiano Strigoniensi, fratre Boguslao lectore fratrum praedicatorum ad concordiam inter dictum dominum ducem et nos faciendam a domino Legato de latere destinato, fratre Joanne custode, fratre Borislao lectore fratrum minorum et aliis quam multis tam viris religiosis quam clericis saecularibus quam etiam militibus et aliis viris bonis.

/: Oryginał miał 2 pieczęcie: Kunegundy i Leszka czarnego – dziś w Archiwum cesarsk. w Wiedniu – druk w Hormayr's Archiv. :/

p. 131–132
druk w Frankowicu ... w Archiw. 1829 N° 65 (z oryginału) i Szajnocha (z kopii) Bardossy Analecta ... p. 157–162

/: Ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandecz, XVII saec. scripto, fol. 1. :/

Lescus (niger) dux Cracoviae cum Cunegundi ducissa (relicta vidua ducis Boleslai pudici) concordiam ratione dominii terrae Sandecensis et Biecensis ad certum tempus statuit.

In Czchow, Anno 1280, die 31 mensis Octobris.

Noverint universi praesentem cartulam inspecturi, quod cum nos Lestco Dei gratia Dux Cracoviae et Sandomiriae et de Syradz, cupientes semper Apostolicae Sedis mandatis et Legatorum eius fideliter obedire, de mandato venerabilis patris nostri P(auli) Dei gratia Cracoviensis episcopi et honorabilis viri fratris Alexij de ordine Fratrum minorum ad villam dicti domini episcopi Cechou nuncupatam una cum quibusdam baronibus nostris descendissemus, ut auctoritate s a domino Philipo Firmano episcopo Apostolicae Sedis Legato commissa, inter illustrem feminam dominam Kunegundim domini quondam

Boleslai bonae memoriae patrui nostri relictam ex una parte, et nos ex altera super dominio terrarum de Sandec et de Bech, quas terras praedicta domina dicit ad se pertinere, pacem et concordiam ordinarunt, et licet tam ex parte nostra, quam ex parte praeditae dominae multa fuissent proposita et in medium deducta, in negotio tamen processa non exstitit propter absentiam baronum nostrorum maiorum, qui fines terrae nostrae custodiebant, ne Lituani vel Pruteni, quorum insultus subitus timebatur, terram nostram quoquomodo invadiant, cum nuper paulo ante magnam partem eiusdem terrae, proch dolor, devastassent. Tandem praedictus dominus episcopus et frater Alexius terminum alium nobis et dominae assignaverunt, mediam videlicet Quadragesimam, quae una cum Domina duximus acceptandum Cracovia, in quo Domino largiente, speramus negotium fine pacifico terminari. Hijs itaque praemissis, prout supradicta Domina a nobis diligenter petiit, permisimus eidem Dominae quam ut matrem nostram carissimam semper venerati sumus et veneramus et speciali dilectione prosequimur et annuente Domino prosequemur, et tenore praesentium bona fide promittimus eidem Dominae statum in nullo turbare, nec ei quidquid iniuriae vel ipsius hominibus inferre, aut eam quomodolibet super terris memoratis, quas ut dictum est, ad se pertinere dicit, per nos et nostros aut alios quoscunque molestare; sed omnia inter nos pacifice manebunt et quiete usque ad terminum superius expressum Domino concedente. Et hanc huiusmodi meae promissionis cartulam memoratae Dominae in testimonium tradimus, sigilli nostri quo utimur de Syradz appositione consignatam. Actum in praedicto Cechou, in vigilia Omnium Sanctorum, Anno Domini M. CC. LXXX. Praesentibus supradictis dominis, Domino episcopo, et fratre Alexio, Procopo praeposito Gnesnensi et cancellario nostro et archidiacono Cracoviensi et etiam baronibus nostris Zegota castellano Lublinensi, Petca Sandomiriensi, Ottone pincerna Cracoviensi et aliis quam plurimis.

/: Ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandece, XVII saec. scripto fol. 7v.-8 – ubi memoratur originale sigillo pensili munitum fuisse. :/

Martinus IV Papa possessiones monasterii monialium ordinis S. Clarae in Antiqua Sandec per Cunegundim Ducissam Cracoviensem donatas, confirmat.

Apud Urbem Veterem, Anno 1283, die 5 mensis Julii.

Martinus Episcopus servus servorum Dei, Dilectis in Christo filiabus Abbatissae et Conventui Monasterii de Sandecz, ordinis Sanctae Clarae, Cracoviensis dioecesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod dilecta in Christo filia nobilis mulier Cunegundis nata clarae memoriae Belae Regis Hungariae, relicta quondam Boleslai Ducis Cracoviae et Sandomiriae, Principissa de Sandecz vidua Cracoviensis dioecesis, cupiens terrena in coelestia et transitoria

in aeterna felici comertio commutare, villam Sandecz, quae civitas vulgariter nuncupatur, in qua vestrum monasterium situm est, cum theloneo ipsius, nec non Barcice, Golkowice, Kaczca, Łoc=ko, Mas Kowice, Czernce, Zarzecze, Zagorzyn, Szcze=rez, Kluchane, Noszacowice, Dubrowa mokre, Strze=szyce, Siedlce, Elbina minor, Swinarsko, Biegenice, Myslecz, Podoleniec, Przysietnice et Wietrznice villas et possessiones cum fluminibus, molendi=nis, clausuris, piscationibus, silvis, nemoribus, venationibus, mellificiis ac omnibus pertinentiis et iuribus eorum tunc ad nobilem ipsam spec=tantes, vobis et dicto monasterio pia et provi=da liberalitate concessit, prout in ipsius Ducis=sae literis, suo sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super his pie ac provide factum est, ratum et gratum habentes, id authoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti pa=trocinio communimus. Nulli ergo omnino homi=num liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis

autem hoc attentare praesumpserit, indignatio=nem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud Urbem veterem, Tertio Nonas Julij, Pon=tificatus nostri Anno tertio.

(Ex Libro manuscripto: Processus novus particularis in causa beatificationis seu canonisationis servae Dei Cunegundis Ducissae et Reginae Poloniae, Anno 1687 exarato in fol., pag. 512)

druk w Codex Małopolski T. I. pag. 121, Nr. CII

p. 512

Petrus et Misun fratres ac milites filii Meroslai suum consensum dominalem Johanni filio Roxeri de Kesmark ementi sculteciam in villa Gniezna (in Hungaria) a Nicolao sculteto praebent.

In Jaczow, Anno 1286. d. 22 Decembris.

Quoniam humana facta transeunt et factores intereunt, in rebusque humanis nihil est perfectum quod perpetuo stare possit. Ne igitur ordinata in tempore, labuntur simul cum lapsu temporis sive oblivione tollantur, predecessorum prudencia sua facta, successorum memorie commendanda, literarum serie et testibus perpetuare curavit. Hinc est, quod nos Petrus et Mysun frater noster, milites, filii domini Meroslai ad universorum noticiam pervenire volumus presencium per tenorem: Quod Johannes filius Roxeri de Kesemarkth sculteciam emit in hereditate nostra in Knysen a Nicolao sculteto dicte ville, sibi et suis heredibus jure perpetuo libere possidendam. Emit itaque duos mansos liberos et unum molendinum liberum et unum braxiatorium liberum, item sextum denarium census; homines namque sepedicte ville, quorum libertas exspiravit, videlicet quindecim annorum,

nobis de quolibet manso unum fertonem communis argen=
ti et unum fertonem pro decima in festo S. Martini
episcopi solvere tenebuntur. Item de majoribus causis,
que ad nostrum pertinent judicium, ut est effusio sang-
vinis, homicidia, furta et his similia, tercium tollet
denarium, minora vero judicia omnia prefatus Johan=
nes scultetus personaliter judicabit, et omnes utilita=
tes inde derivantes, recipiet pleno jure. Item si sepedic=
tus Johannes plures homines infra metas hereditatis
nostre Knysen ad extirpandam sylvam locaverit, ipsis
concedimus quindecim annorum libertatem, finita vero
libertate, solvent cum aliis plenum censum. Item in
venacionibus et in piscariis habebunt liberam faculta=
tem. Item contulimus sepedicto Johanni sculteto et
suis heredibus de bona nostra voluntate et dileccionis
causa, ut eo libencius se ad nostram transferret heredita=
tem, sylvam nostram, que est extra metas et terminos
hominum de Knysen, ut si quos illic homines ad extir=
pandas arbores potuerit convocare, exspirata eorum liber=
tate, dimidietatem census et omnium utilitatum in=
de derivancium sibi assignamus possidendo jugiter
libere et secure. Mete autem prenotate ville nostre Kny=
sen taliter distingvuntur: Prima incipit a platano directe
usque ad aquam que vocatur Lupenicz, et ab eadem descen=
dendo usque ad aquam que Popra nominatur, et sic directe
per Popram tendens usque ad montem qui vocatur Thym=
nicz. Secunda meta est a predicto platano usque ad a=
quam que nominatur Nigra ripa et in eadem descendendo
usque in Popram, et Popram ascendendo usque ad aquam

que vocatur Ruschenbach et sic directe per Popram us=
que ad praedictum montem Thymnicz, et sic omnes me=
te dicte ville finaliter sunt distincte. Hujus autem
empcionis et nostre donacionis testes sunt: dominus
Laurencius judex illustris ducisse Cracovie domine
Kunegundis, dominus Philippus de Zandechensi pro=
vincia, Tylmanus advocatus de Zandech et alii quam
plures fide digni. Ut autem hec empcio et nostra do=
nacio firma et inviolabilis jugiter permaneat, et
ne a nobis vel aliquibus nostris successoribus temporum
successu valeat revocari, Johanni sculteto sepius me=
morato et suis heredibus presentes literas dedimus nos=
tri sigilli munimine roboratas. Datum in Jaczow vil=
la nostra, anno Domini MCCLXXXVI. In sabbato
quatuor temporum ante Natalem Domini, quando canta=
tur Veni et ostende.

In tabulario civitatis Gnezdensis

B. p. 253–256.

Lescus (niger) dux Cracoviae comiti Georgio ex Hungaria, villam Wieloglowy comiti Ottoni palatino sandomiriensi propter crimen laesae majestatis ademptam donat.

Cracoviae, Anno 1287. d. 19 Februarii.

In nomine Domini Amen. Quum res gestas aboleat processus temporum: confirmat illas solempnis titulus literarum. Proinde noverint universi presentes et futuri, quod nos Lestco Dei gracia dux Cracovie, Sandomirie et Siradie, volentes cuilibet pro dignis obseqviorum meritis et honore nostri principatus eque retribucionis premia elargiri, ad hoc nostram inclinavimus benevolentiam, ut qui ad obseqvia nobis placita se prebuit utilem, optatam recipiat a nostre munificencie dextera porcionem. Et quia vir nobilis comes Georgius quem nobis in subsidium cum aliis rex illustris Hungarie dominus Ladislaus, amicus noster miserat, per servicia sue fidelitatis circa nos laudabilibus gestibus exhibita, nobis gratus extitit, nam in defensione vite et honoris nostri stabili perseverancia nostris adversariis in prelio reluctando, vulnera pertulit et Dei assistente presidio, eisdem in fugam conversis dextera triumphali victorie nomen obtinuit; pro tam dignis obsequiis nobis exhibitis et exhibendis

sibi videlicet comiti Georgio, suisque posteris damus villam in castellatura de Sandech, que Welglova polonico sermone dicitur, aliasque villas ad eandem pertinentes jure hereditario pacifice et quiete in perpetuum possidendas, absque omni diminucione, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis et juribus militaribus, prout dictam villam Welglova comes Otto possidebat, quondam Sandomirie palatinus, qui prenominata villa seu hereditate sua culpa exigente se despoliavit. Nam propter crimen lese majestatis, quod committere non est veritus, sub specie pacis conflans nefarie in nostrum exterminium traditorias facciones, omnibus hereditatibus in nostro possessis dominio, justa dictante sententia meruit exheredari. Ut autem superius expressa nostra donacio stabilis, perpetua et immutabilis perseveret, presentem paginam nostri appensione sigilli fecimus consignari. Actum in Cracovia Anno Domini MCCLXXXVII Presentibus his, quorum hec sunt nomina: Comes Sulco castellanus cracoviensis, comes Boxa palatinus Sandomirie, comes Petrus palatinus Cracovie, dominus Procopius cancellarius, Laurentius judex, Nicolaus subcamerarius cracoviensis. Datum in die Cinerum per manus domini Philippi subcancellarii curie nostre.

Katona: Hist. R. H. Tom VI pag 951.

B. p 260-262.

Paulus de Przemankow episcopus cracoviensis amicabilem compositionem differentiae respectu villarum Swiniarsko et Muszyna cum comite Myronego atque uxore ejus Boguslawa init.

Cracoviae, Anno 1288 d. 23 Maji.

In nomine Domini Amen. Humanis ordinacionibus tum oblivionis, tum calumnie scrupulus, sepe prolixi tractu temporis nocuerat, nisi ordinaciones ipse a scripto testium et a scripti testimonio perenne habeant munimentum. Proinde tam presens etas noverit, quam futura: Quia cum inter nos Paulum Dei gracia episcopum Cracoviensem ex una et comitem Myronegum filium comitis Dersycragij bone memorie, quondam castellani de Palouch [Polanth], ac dominam Boguzlavam uxorem ejusdem Myronegi, neptem domini Viszonis felicis recordacionis quondam scholastici cracoviensis et heredis de Negowecz controversia esset orta, ex altera, super villis duabus videlicet Swinjarsko quod in Sandecz situm est, et Muszina, quod jacet sub Hungaria, quas villas nos praefatus episcopus tenuimus et tenemus post decessum ejusdem domini Viszonis nobis et mense cracoviensis episcopatus per ipsum adhuc dominum Viszon, dum viveret, et esset mente sanus, villarum heres et dominus earundem

pro sua et suorum animabus legatas et donatas jure testamenti et ultime voluntatis nobis et nostris succesoribus jure hereditario et perpetuo possidendas. Prefatus enim comes Myronegus easdem villas nomine prefate uxoris sue a nobis instantissime repetebat asserens eas eidem domine jure successivo pertinere, utpote ei, quod sola superstes de genere ipsius domini Viszonis remanens esset heres legitima, dominaque omnium bonorum mobilium et immobilium, que ex ejusdem domini Viszonis ejus patrui obitu remanserunt; cumque ad presenciam illustris principis Leszkonis Dei gracia nostri ducis cracoviensis et Siradiensis aliquoties citacione nos vocasset, tandem habito consilio saniori consulens suo commodo, parcens laboribus et expensis, cupiensque bono pacis et concordie, materiam prefate controversie stirpitus amputare, nobiscum composuit amicabiliter tali forma: Quod ipse comes Myronegus et principaliter domina uxor ejus nomine suo et heredum suorum seu quorumlibet posterorum, nos prefatum episcopum nostram que cracoviensem ecclesiam permiserunt et permittunt prefatas villas libere et pacifice jure hereditario et perpetuo possidere, ratam habentes et ratificantes predicti domini Viszonis ultimam prehabitam voluntatem, renunciantesque omni jure suo sive accioni que ipsis competebant vel competere poterant super eisdem villis bona fide nobis stipulantibus, promiserunt pro se et suis [redacted] omnibus heredibus memoratis; quod super

dictis villis et hereditatibus non nos nec nostros succedaneos, neque nostram ecclesiam unquam de cetero infestabunt, super eisdem villis perpetuum silentium sibi a modo imponentes a nobis similiter hoc petendo, ut non [redacted] nos nec capitulum nostrum eos vel heredes eorum unquam super dictis residuis bonis sepehabiti domini Viszonis molestare debeamus jure prehabiti testamenti. Nos itaque cum nostro eodem capitulo eisdem promittimus bona fide: quod sumus et volumus esse contenti de villis duabus supradictis, et renunciando cedimus nostro juri, quod nobis competit vel potest competere jure et auctoritate prehabiti testamenti super omnibus prehabitis villis aliis seu hereditatibus domini scholastici memorati. Hujus autem inter nos amicabilis et perpetue compositionis dominus Albertus vir honorabilis et discretus ab utraque parte concorditer electus, et eodem voto acceptatus fuit mediator ac decisor controversie supradicte. In horum itaque omnium evidenciam cerciorem et evidens testimonium hanc paginam predicto comiti Myronego contulimus et suae uxori, praefati munimine sigillorum tam nostri quam dicti capituli roboratam. Actum publice Cracovie. Anno Domini MCCLXXXVIII Indiccione prima, X [XV] Calend. Junii.

B. p. 268-272

Consules Neosandecenses Johanni Diviti et Hernemano civibus conferunt sculteтiam in villa Piątkowa.

Neo-Sandeciae, anno 1288 die 27. mensis Junii.

Data ta [illegible], skoro N. Sącz [illegible] 1292 r. założony [illegible] 3/IV 1943

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Humani generis actiones perpetua indigentes memoria plerumque ab hominum memoria sive notitia dilabuntur, nisi scripturarum testimonio uberius et diligentius roborentur. Nos igitur consules et Jurati et Communitas civium civitatis in Novo Sandacz universis et singulis tam ~~pra~~-

praesentibus quam posteris, ad quos praesens scriptum fuerit devolutum, volumus fore notum, quod de bono et maturo consilio totius Universitatis Civitatis Sandacensis damus et conferimus discretis viris Joanni Diviti et Hernemano nostris concivibus et amicis et eorum legitimis successoribus sculletiam in nostra villa vulgariter Frytagisdorf nominata jure haereditario possidendam et sub omni modo et forma juris theutonici et meydburgensis, ut in eadem villa discutiant et discutere habeant jurisdictionem omnes causas suos Kmetones impugnantes judicando et incolas ejusdem villae et ut Kmetones et incolae villae ejusdem nusquam trahantur

extra

extra villam jam praetactum, etiam quod nullus eosdem judicare queat nisi praedicti sculteti et eorum legitimi successores. Damus etiam eisdem sculletis ipsorumque legitimis successoribus de omnibus obventionibus poenarum, sive de quaestubus judiciorum sive poenarum, ut tertiam partem earundem poenarum integram recipiant portionem jure haereditario, et duas partes poenarum earundem seu questuum dominis Consulibus Neo Sandacensibus perpetuis temporibus praesentare sint adstricti. Conferimus etiam seu donamus praedictis sculletis et ipsorum legitimis successoribus in praefatae villae duos mansos liberos, de quibus nullum censum perpetuis temporibus dominis eorum videlicet

cet

Consulibus Sandacensibus dare sint adstricti; verum tamen volumus, quod quilibet kmeto sive incola praenominatae villae, habens unum mansum vel plures, de quolibet manso in festo sancti Martini confessoris octo scotos veri census usualis monetae sive bemicalium grossorum polonicalis numeri atque pagamenti singulis annis perpetuisque temporibus Consulibus Sandacensibus dare teneaetur: cujus quidem census quinque partes civibus Sandacensibus praesentetur, sextam vero partem praedicti census sculteti et eorum legitimi successores jure haereditario tertiantur. In super Damus et conferimus praetactis sculltetis eorumque legitimis successoribus in praedicta villa molendinum liberum vel

vel quodquot molendina pro utilitate eorum et praedictae villae struendo poterit aedificare plenam et omnimodam potestatem. Volumus etiam ut saepius nominati sculteti et eorum legitimi successores de omnibus servitiis, scilicet de expeditionibus seu angariis et praeangariis perpetuis temporibus sint exempti: altamen kmetones et incolae quodem villae cum debitis honoribus bis in anno per modum juris meydburgensis, videlicet in festo Nativitatis Christi cum novem scotis grossorum et in festo Paschae cum novem scotis grossorum Consules Civitatis Neo Sandacensis revereantur honorando. In super volumus quod quotiescunque civitas Sandacensis per regalem potestatem de

de exactionibus sive contributionibus impugnatur, Kmetones ejusdem villae justa suam exigentiam seu pro sua facultate nobis Consulibus Sandacensibus suffragari et subvenire sint astricti; adjacentes praedictis, sit praescripti sculteti ipsorumque legitimi successores ac eorum Kmetones tribus vicibus in anno, videlicet in tribus provincialibus judiciis, quae nobis jure pertinent praesidere, nos honorifice, vel quem nos loco nostri eis Destinaverimus, sustinendo recipiant taliter, quod sculteti uno Die in uno prandio cum suis expensis procurent, Kmetones vero duobus diebus, quolibet die in prandio cum suis expensis sive sumptibus competentibus prout melius poterint, procurabunt. Super

haec

haec omnia volumus ut praedicti sculteti et ipsorum legitimi successores habeant in suis gadibus piscationes et venationes liberas et apum procreationes, cum omnibus utilitatibus et piscinas, quotquot eis facere placebit pro ipsorum utilitate profectu. Ne vero praedicta villa et praedicta haereditas per aliqua impedimenta aggravando destruatur vel aggravetur: nos eam et omnes incolas ejusdem ab omnibus gravaminibus, contributionibus sive exactionibus seu angariis et praeangariis et aliis quibuscumque causis praelibatam villam impugnantibus, tanquam civitatem Sandacensum in quantum possumus, prout etiam tenemur, promittimus deffensare.

Hanc etiam scultetiam praedictis scultetis et ipsorum legitimis successoribus utriusque sexus damus et conferimus possidendam, tenendam, vendendam, commutandam vel quovis modo alio a se alienandam, plenam et omnimodam liberamque facultatem. Ne enim hoc privilegium quispiam temerarie attentare praesumpserit, nos cum appensione sigilli civitatis Sandecensis procuravimus et fecimus roborando communiri. Praesentibus discretis Lodovico et Nicolao Advocatis Sandacensibus, Ioanne Divite, Petro Divite, Ulrico Divite et Ullemano nec non Nicolao Guntheri et aliis quam pluribus fide dignis. Datum et actum in Novo Sandacz proxima Die Dominica infra Octavas Beati Ioannis Baptistae anno Incarnationis Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo octavo.

N.º 1 fol. 1.

Consules ~~civitatis~~ Neosandecenses Johanni Diviti et Hernemano civibus conferunt ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ sculteciam in villa Piątkowa.

Neo-Sandeciae, anno 1288 die 27 mensis Junii

~~Privilegium pro Sculteia in Piątkowa Anno Domini 1288~~

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Humani generis actiones perpetua indigentes memoria plerumque ab hominum memoria sive notitia delabuntur, nisi scripturarum testimonio uberius et diligentius roborentur. Nos igitur consules, et Jurati, et Communitas Civium civitatis in Novo Sandecz universis et singulis tam praesentibus, quam posteris, ad quos praesens scriptum fuerit devolutum, volumus fore notum, quod de bono et maturo Consilio totius Universitatis Civitatis Sandecensis, damus et conferrimus discretis viris Joanni Diviti et Hernemano Nostris concivibus et amicis et eorum legitimis Successoribus Sculteciam in nostra villa vulgariter Frytagisdorf Nominata Jure haereditario possidendam et sub omni modo et forma Juris Theutonici et [illegible] meyd burgensis, ut in eadem Villa discutiant et discutere habeant Jurisdictionem omnes causas suos Kmetones impugnantes judicando et incolas ejusdem Villae (villa; et ut Kmetones et incolae) ejusdem nusquam trahantur extra Villam jam praetactam, etiam quod nullus eosdem judicare queat nisi praedicti Sculteti et eorum legitimi Successores. Damus etiam eisdem Scultetis ipsorumque legitimis Successoribus de omnibus obventionibus poenarum, sive de quaestubus judiciorum, sive poenarum, ut tertiam partem earundem poenarum integram recipiant portionem jure haereditario, et duas partes poenarum earundem, seu questuum dominis Consulibus NeoSandecensibus perpetuis temporibus praesentare sint adstricti. Conferimus etiam seu donamus praedictis Scultetis et ipsorum legitimis Succes-

soribus in praefata Villa duos mansos liberos, de quibus nul-
lum censum perpetuis temporibus dominis eorum videlicet
Consulibus Sandecensibus dare sint adstricti; Verum ta-
men volumus, quod quilibet Kmeto sive incola praeno-
minatae Villa, habens unum mansum vel plures, de quo-
libet manso in Festo sancti Martini Confessoris octo scotos
veri census usualis monetae sive bohemicalium grosso-
rum Polonicalis numeri atque pagamenti singulis an-
nis perpetuisque temporibus Consulibus Sandecensibus
dare teneatur: Cujus quidem census quinque partes civibus
Sandecensibus praesententur, sextam vero partem prae-
dicti census sculteti et eorum legitimi successores
jure haereditario tertiantur. In super damus et conferi-
mus praetactis scultetis eorumque legitimis successoribus
in praedicta Villa molendinum liberum vel quotquot
molendina pro utilitate eorum et praedicta Villa struendo
poterit aedificare plenam et omnimodam potestatem. Vo-
lumus etiam ut saepius nominati sculteti et eorum legi-
timi successores de omnibus servitiis scilicet de expe-
ditionibus seu angariis et praeangariis perpetuis tem-
poribus sint exempti: Attamen Kmetones et incolae ejus-
dem Villae cum debitis honoribus bis in anno per modum
juris Meydburgensis, videlicet in festo Nativitatis Chris-
ti cum novem scotis grossorum, et in festo Paschae cum
novem scotis ~~grossorum~~ Consules Civitatis Neo Sande-
censis revereantur honorando. In super volumus quod quoties-
cunque Civitas Sandecensis per regalem potestatem de

exactionibus sive contributionibus impugnatur, Kmetones ejusdem
Villae juxta suam exigentiam seu pro sua facultate nobis Con-
sulibus Sandecensibus suffragari et subvenire sint adstricti;
Adjacentes praedictis, ut praescripti sculteti ipsorumque
legitimi successores ac eorum Kmetones tribus vicibus
in anno, videlicet in tribus provincialibus judiciis, quae no-
bis jure pertinent praesidere, nos honorifice, vel quem nos
loco nostri eis destinaverimus, sustinendo recipiant ta-
liter, quod sculteti uno die in uno prandio cum suis expen-
sis procurent, Kmetones vero duobus diebus, quolibet die in
prandio cum suis expensis sive sumptibus competentibus
prout melius poterint, procurabunt. Super haec omnia volu-
mus ut praedicti sculteti et ipsorum legitimi successores
habeant in suis gadibus piscationes et venationes liberas
et apum procreationes cum omnibus utilitatibus et pisci-
nas, quotquot eis facere placebit pro ipsorum utilitate pro-
fectu. Ne vero praedicta Villa et praedicta haereditas per
aliqua impedimenta aggravando destruatur vel aggravetur,
Nos eam et omnes incolas ejusdem ab omnibus gravaminibus
contributionibus sive exactionibus seu angariis et praeanga-
riis et aliis quibuscunque causis praelibatam Villam impug-
nantibus, tanquam civitatem Sandecensem in quantum
possumus; prout etiam tenemur, promittimus deffen-
sare. Hanc etiam scultetiam praedictis scultetis et ipso-
rum legitimis successoribus utriusque sexus damus
et conferimus, possidendam, tenendam, vendendam, commu-
tandam vel quovis modo alio a se alienandam, plenam et

et omnimodam liberamque facultatem. Ne enim hoc privilegium quispiam temerarie attentare prae-
sumpserit, nos cum apponsione Sigilli Civitatis San-
decensis procuravimus et fecimus roborando communire. Praesentibus discretis Ludovico et Nicolao
Advocatis Sandecensibus, Joanne Divite, Petro Divite,
Ulrico Divite et Ultemano nec non Nicolao Guntheri et aliis quam pluribus fide dignis. Datum et Actum
in Novo Sandez proxima die Dominica infra Octavas Beati Joannis Bapt. istae Anno Incarnationis
Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Octavo.

/: Sigillum magnum pensile :/

5378

Fol. 1. No 1.

Cunegundis relicta vidua Boleslai (pudici) ducis Cracoviae Henrico sculteto de Podoliniec donat sylvam intra metas villarum Podoliniec et Gniezna (in Hungaria.)

Sandeciae, Anno 1288 d. 20 Decembris.

In nomine Domini Amen. Quoniam fluxus rerum ~~[illegible]~~ temporalium cum ipso temporis spacio labitur et decrescit, proficuum et cautum est, ut quod temporaliter geritur, competenti testimonio seu litera memorie commendetur. Noverint ergo universi, tam presentes quam posteri, quod Nos Cunegundis relicta serenissimi principis Boleslai bone memorie quondam ducis cracoviensis et sandomiriensis, domina de Sandech, sub ordine S. Francisci divinis mancipata obsequiis, considerantes fidelia ac utilia servicia fidelis nostri Henrici sculteti de Podolin que nobis multipliciter exhibuit et constanter, in districtu maxime transsilvano, volentesque merita meritis prevenire et dignam dignis serviciis reddere recompensam, concedimus et donamus eidem sculteto et ejus heredibus sylvam nostram, infra terminos villarum Podolin et Gnezdna juxta fluvium Poprad distinctam in metis et gradibus subnotatis:

a parte superiori inchoando de rivulo qui Topprics vulgariter nuncupatur, metis ville nostre Podolin contiguo, usque Leschovicz, de Leschovicz equo tramite penes terminos Podolinensium usque ad acutum montem qui vulgariter Spiczenberg dicitur, et ulterius juxta meatum de inferiori dicti montis latere ejusdem rivuli usque in Poprad fluvium decurrentis et sic deinceps secus decursum Poprad usque in Ruschenbach, deinde usque ad altum montem qui est inter Gneznam et Ruschenbach et e contra a latere sursum usque ad montem platani Ohorzy publice nominatum, et rursus metas in Topprics reciprocando, quam videlicet sylvam damus et confirmamus perpetuo dicto Henrico sculteto et suis successoribus jure hereditario, libere, quiete et pacifice possidendam, in eos omne jus et dominium, quod in ipsa habuimus, plenius transferentes, ita videlicet; quod liceat et fas sit ejusdem intra terminos seu confinia supra dicte sylve extirpaciones, locaciones sive plantaciones pro suo commodo et utilitate facere et formare ubicunque, quandocunque et quotcunque poterunt inibi, et sibi videbitur expedire et quidquid fructus et utilitatis exinde percipere poterunt, suis tantum usibus deputamus. Preterea cupientes eidem Henrico munus amplioris gracie impertiri, volumus et ex proposito statuimus efficaci, ut et ipse cum suis heredibus et incole seu coloni, locacionum jam dictarum ab omnibus exaccione, collecta, taxacione, peticione, descensu, expedicione ad castra = servicio et generaliter ab omni solucione et servicio, quocunque vocabulo censeantur sint penitus immunes, liberi et exempti, eo duntaxat excepto quod post revolucionem annorum libertatis, qui incolis prefatis per sepedictum scultetum Henricum aut per suos successores juxta sue discrecionis beneplacenciam fuerint assignati, nobis singulis annis tres marcas puri argenti et novem scotos valentem in festo B. Martini episcopi solvere sint adstricti; in eorum ponimus arbitrio, quandocunque ipsis visum fuerit aut sue possibilitati congruet exstirpare sylvam prehabitam et locare absolutam super eo et liberam habeant facultatem. Et ne per quempiam quibuspiam calumpnie vel dubietatis scrupulus in posterum possit suboriri, presentes sibi scribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum Anno Domini MCCLXXXVIII in Szandech, in Octava S. Lucie Virginis, presentibus ac testantibus nobilibus viris comite Selchone et Philippo judice curie nostre, Tilmanno advocato Sandechensi et aliis quam pluribus fide dignis.

(Originale in tabulario civitatis Podolinensis; ex transumpto Capituli Scepusiensis edidit Wagner: Analecta Scepus. I. 195; Bárdosy Supplementum ad Analecta Scepus. pag. 285–289; Fejer Cod. dipl. Hung. V.3. p. 425.; Codex diplomaticus patrius Hungaricus Tom VI. Nr. 243, pag. 336.)

B. p. 285–289.

Ladislaus IV rex Hungariae magistro Thomae Tolpos dicto propter praeclara facinora militaria in Polonia praestita donationem terrarum Vesveres et Varhegy confirmat.

Anno 1288.

Ladislaus Dei gracia rex Hungarie, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Comaniae Bulgariaeque rex .... ad universorum notitiam ..... volumus pervenire quod Magister Thomas Tolpos dictus serviens Laurentii filii Laurentii .... exhibuit nobis literas nostras patentes super collatione quarundam terrarum Vesveres et Varhegy vocatarum confectas .... nos ... considerantes multiplices et laudabiles famulatus praefati magistri Thomae quos exhibuit nobis in diversis expedicionibus regni nostri et specialiter .... tunc, dum dux Conraldus terras domini Lisznek ducis Cracoviae et Sandomiriae affinis nostri carissimi vastitatibus diris et multiplicibus hostilitatibus adiisset, et idem dux Lisznek contra eundem ducem Conraldum prepulsandis injuriis regni sui exercitum movisset, ad quem quidem exercitum praescriptus M. Thomas cum eodem in subsidium ejusdem domini Lisznek ducis per nos transmissi extitissent; memoratus M. Thomas contra aciem ipsius Conraldi ducis se viriliter exposuit, ac quemdam militem strenuum Mikolalis nuncupatum captivatum in indicium suae fidelitatis

nobis praesentavit, qui a praefato M. Laurentio cum duobus mil=libus se redemit. . . . . Praedictas literas nostras patentes . . . . . auctoritate praesencium duximus confirmandas . . . . . Datum per manus venerabilis patris Thomae episcopi Vaciensis aulae nos=trae cancellarii A. D. MCCLXXXVIII. Regni autem nostri anno decimo sexto.

(Reperitur totum hocce privilegium in: Katona: Historia regni Hungar. Tom. VI pag. 960. – Wagner: Diplomatarium Sarosiense pag. 302. – Bardossy: Supple=mentum Analectorum Scepusiae. pag 264–267) Fejer: Codex diplom. Hung. V. 3. pag. 409

Cunegundis relicta vidua Boleslai (pudici) ducis Cracoviae Henrico sculteto de Podoliniec privilegium super sculte[t]iam villae Podoliniec (in Hungaria) confirmat.

Sandeciae, Anno 1289.

In nomine Domini Amen. Quoniam fluxus rerum temporalium cum ipso temporis spacio labitur et decrescit, proficuum et cautum est, ut quod temporaliter agitur, competente testimonio seu literis memorie commendetur. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri: Quod nos Kunegundis relicta serenissimi Boleslai bone memorie quondam ducis Cracoviensis et Sandomiriensis sub ordine sancti Francisci apud Sandech divinis mancipata obsequiis, considerantes quod justis petencium desideriis non est denegandus assensus, in his presertim petitis, que congrua sunt et honesta. Quemadmodum Heydenrichus dc. squltetus coram nostra veniens presencia, nobis retulit sub querela, privilegium suum, quod sibi olim, adhuc vivente carissimo marito nostro, duce prenotato, super villicationem seu sqhulteciam ville nostre Podolyn, contuleramus, per tyrannicam rabiem gentilium cum aliis suis rebus

in ecclesia predicte ville fore conirematum. Quare nos jus=
tis peticionibus jam dicti sculteti annuentes, predictum
privilegium propter casum superius expressum, quod
eundem vigorem obtineat, ac si nostra innovacio nunquam
eidem accessisset. Primo ~~ergo~~ [grado] et principaliter volumus,
et firmiter statuimus, quod predictus He[yden]sricus in pre=
notata villa nostra Podolyn, quam de nostre serenita:
tis concessione jure theutonico collocavit, omne jus vil=
licacionis integraliter habeat exercere, sua jura per om=
nia secundum formam juris cracoviensis et sand~~omi~~[e]=
~~ri~~[ce]ensis gubernando, constituentes eum et [suos] posteros ibi=
dem scultetos et judices ut eandem perpetuo posside=
ant et gubernent, secundum quod juris ordo ac justicie
exigit rectitudo. Concedimus eidem eciam molendinum
liberum et quotquot sepedicta villa nostra indiguerit
ubi competencius super litus aque Poprad construi
vel edificari possint, cum omnibus utilitatibus aliis,
sylvis, pratis, pascuis, rubetis, venacionibus et libera
piscatione in perpetuum cum suis posteris pacifice
libere, quiete possidenda. Omnes quoque incole seu man=
sionarii, qui in predicta villa suas construxerunt man=
siones, jure theut[u]onicali videlicet magdeburgensi vive=
re decrevimus, ita quod in solucionibus census de agris,
secundum certam mensuram divisionis distinctis, quili=
bet illorum singulis annis in festo beati Martini octo
scotos argenti usualis sit adstrictus, dificultate quali=
bet preter~~missa~~[mota]; aliis vero, qui ad eandem villam pro suc=
cidenda sylva declinaverint, ibidemque suum fixerint
incolatum, decem annorum concedimus libertatem, ita ut
intra predictos decem annos nulli quidquam solvere te=

neantur, sed gaudebunt omnimoda libertate, que cum elapsa fuerit,
censum annualem prout predictum est solvere tenebuntur,
cujus solucionis sexta pars predicto sculteto nostro He[yden]srico
et suis posteris cedet, pro nobis quinque partibus assignatis.
Insuper judicia causarum omnium judicabit, et de majoribus
causis, ut est effusio sangvinis, homicidium, furtum, violen=
cia et falsa moneta, due partes nostris cedent usibus et ter=
cia ad sepefatum scultetum et ad suos posteros perpetua=
liter devolvetur: de aliis vero causis omnibus quidquid pro=
venerit, sepedictus scultetus recipiet pleno jure. Et ut pre=
nominatus scultetus per nos plenius consoletur, curiam
liberam et quatuor mansos liberos in predicta villa nos=
tra sibi et suis posteris liberaliter indulgemus, ut ab
omni solucione sive exaccione et descensu et expedicione
et ab omni gravamine liber perpetuo sit et exemptus. Item
liberam tabernam et si plures necessarie fuerint in prefa=
~~[illegible]~~ta villa nostra et de bra~~x~~[ze]atoriis similiter, quotquot
necesse habuerit, prenotato sculteto nostro He[yden]srico et
suis posteris concedimus jure hereditario in perpe=
tuum possidenda libere et secure. Predictis ~~[illegible]~~ eciam
duximus interserendum, quod cum adhuc in Cracovia
essemus residentes, supra nominato sculteto et omnibus
incolis prememorate ville de gracia nostra uberiori
talem contuleramus facultatem, ut cum omnibus
rebus suis seu mercimoniis per terras nostras ab ex=
accione thelonei libere transirent et immunes. Et ne
quispiam dubietatis scrupulus de predictis valeat in
posterum suboriri, presentes nostri sigilli munimine
fecimus consignari. Sunt autem mete predicte ville nos=
tre Podolyn, quantum de sylva secuerunt et quantum

adhuc exstirpare poterint et secare. Actum in Sandech Anno Domini M°CC°LXXX°IX°. Presentibus his testibus: comite Nicolao Panschoste, comite Bogusthvalo filio Mico=lai, comite Selchone et Philippo judicibus nostris, comite Paulo et domino Bogusthvalo capellano nostro.

(Originale in tabulario civitatis Podolinensis; ex transumpto edidit Bardosy: Supplementum ad Analecta Scepus. pag. 305-310; Fejer Cod. dipl. V.3 pag. 463; Codex diplomaticus patrius Hungaricus Tom VI. Nr. 249 pag. 344-346.)

B. p. 305-310.

Venceslaus Rex Bohemiae et Dux Cracoviae cives Neo-Sandecenses a solutione theloneorum liberat.

Cracoviae, anno 1292, die 3. mensis Novembris.

Nos Wenceslaus dei gracia Rex Bohemiae dux Cracouie et Sandomyrie Marchioque Morauie Harum serie notum facimus universis quod cum in priuilegiis illustris ducis Bolezlay predecessoris nostri dilectos fideles nostros ciues de Sandech a solucione theloneorum omnium de suis mercibus quibuslibet in universis locis per ducatus et terras nostras Cracouie et Sandomyrie ac eciam de nauibus in quibus frumenta cum aliis rebus deducuntur absolutos esse penitus invenerimus contineri. Nos de ingenita nobis nostre mansuetudinis clemencia eosdem ~~dilectos~~ dilectos ciues nostros de Sandech quos propter sue fidei et deuocionis merita benignis amplectimur fauoribus universis graciis et libertatibus quibus hactenus super theloneis gauisi sunt eos in iuribus ipsorum conservare ac easdem gracias et libertates ratas et gratas habere volentes modo simili ab omnibus solucionibus theloneorum quociens et quandocunque per predictos Cracouie

et Sandomyrie ducatuum nostrorum districtus cum
mercibus et rebus suis quibuslibet eos transire con-
tingerit, de nostra munificencia esse uolumus omni-
mode absolutos ut nec de nauibus aliquid occa-
sione thelonei soluere teneantur. Mandamus igi-
tur et constituimus auctoritate nostra regia ne
quis eorum ad quos universa thelonia predictarum
terrarum nostrarum Cracouie et Sandomyrie quo-
modolibet pertinent et predictis fidelibus nostris
civibus de Sandech aliquatenus exigere presumat
nostre grace ingratitudinis dispendium ad offen-
sam propriam et terorem aliorum si quis secus
presumpserit grauiter incursurus. In cuius rei
testimonium presentes fieri et sigillorum nostro-
rum munimine fecimus communiri. Datum in
Cracouia per manus Henrici Quazonis. Anno
Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo
secundo. Tercio Nonas Nouembris.

(Oryginał na pergaminie – pieczęć
oderwana tylko sznurek ponsowy
jedwabny pozostał.)
(W magistracie miasta Nowego-Sądcza)

Lit. Reg. Wenczeslai super
libertate thelonei et rerum
infraflut ationem – odezla
powodzie wolności
Lit. approbans priv. Boleslai super theloneis
Crac et Sandomir et flutatione

Nr. 5
LXXXX

70

Venceslaus rex Bohemiae et dux Craco-
viae Henrico advocato de Podoliniec
praeter alias praerogativas illam
quoque concedit, ut incolae de Lu-
bowla et Gniezna ad reparatio-
nem munitionum civitatis Po-
doliniec (in Hungaria) sint
adstricti.

Cracoviae, Anno 1292 d. 8 Novembris.

Nos Wenzeslaus Dei gracia rex Bohemie dux Cracovie et Sandomirie marchioque Moravie notum facimus universis tam presentibus quam futuris: Quod nos dilectorum fidelium nostrorum, qui nostris devote insistunt obsequiis, volentes digna retribucione premiorum fidelia obsequia compensare, Heyden(ri)ci advocati de Podolin dilecti nobis in eo quod dictam civitatem locavit, minus dignum reputantes irremunerata merita devocionis et promptitudinis sue conniventibus oculis pertransire, Heydenrico eidem et suis heredibus omnia macella, mensas panum, scampna sutorum, unam curiam in qua mactantur pecora que Kuttelhoff vulgariter nuncupatur, balnea et molendina quecunque in spacio dimidii milliaris propriis sumptibus extruet, sex eciam mansos, quos ibidem emerit, libere concedimus possidere, dantes sibi

Rkp 5348

et suis jam dictis heredibus et successoribus universa jam
predicta bona donandi, vendendi et alienandi plenariam
facultatem. De mansis preterea quotquot ipse Hydenricus
locaverit, tam in sylvis eidem loco attributis, quam in ag=
ris pridem cultis, quorum quilibet in festo B. Martini
annuatim octo scotos solvere debebit Hydenrico eidem et
suis heredibus sextum ~~mansum deputamus~~ cum suis usi=
bus, deputamus, de mensis pannorum et apotheeis sextam eciam par=
tem proventuum ~~cum~~ cum jam dictis suis heredibus assigna=
mus, pro nobis quinque partibus reservatis; de culpis vero
seu de penis judicii advocato prefato et suis heredibus et
successoribus tertia pars in usum cedet, pro nobis dua=
bus partibus aggregatis. Debet autem predicta civitas om=
nia jura meydeburgiensia in causis, casibus et conditioni=
bus quibuslibet tenere et habere, que in civitate Cracovia
ex nunc vigent et hactenus viguerunt. Constituimus ad
hec, ut universi incole Libenow et Gniezdna villarum
ad civitatem jam dictam Podolin, ingruente necessita=
tis articulo, circa reparacionem fossati et munitionis
ejus quamlibet, subsidia impendere et ad eandem cum re=
bus suis omnibus confugere teneantur. Amplius constitui=
mus et volumus, ne quis omnino hominum in spacio
unius milliaris ad omne latus ejusdem civitatis taber=
nam ~~et~~ braxare audeat ullo modo. Et ut ipsi cives commo=
da plura ferant, in eodem loco mercium deposicionem,
que vulgariter Niderlag appellatur, haberi volumus
deinceps et servari, concedentes ipsis civibus piscacio=
nibus et sylvis pertinentibus ad dictam civitatem libe=
re uti, frui. Datum in Cracovia per manus Henrici ~~...~~ dicti

quaz ~~...~~ per Cracoviam et Sandomiriam prothonotarii
nostri. Anno Domini MCCXCII, Idus ~~...~~ Sexta Novembris,
Indiccione sexta.

(Originale in tabulario civitatis Podolinensis;
ex transumpto Sigismundi regis Hungariae
anni 1404 edidit Bardosy: Supplementum ad
Analecta Scepus. pag. 351-353; Fejer Cod. dipl.
VI. 1, pag. 230; Codex diplomaticus patrius Hun=
gariae Tom VI, Nr 287, pag. 392-393.)

B. p 351-353.

Venceslaus Rex Bohemiae et Dux Cracoviae Bertholdo et Arnoldo filiis Tylmani confert facultatem locandi civitatem Nowy-Sandecz jure magdeburgensi.

R III
nº 67
p. 155

Cracoviae anno 1292.

(Cum confirmatione regum Vladislai Locticí a. 1330 et Casimiri Magni a. 1344)

In Christi nomine Amen: Nos Karimirus Dei gracia Rex Polonie, notum facimus quibus expedit universis. Quod vir discretus et honestus nomine Nicolaus Advocatus Sandecensis, Bertoldi quondam natus, nobis humiliter et reverenter supplicavit, ut privilegium super eadem Advocacia per Illustres Principes, videlicet Wenceslaum Regem Bohemie, datum et concessum, et demum per nostrum genitorem clare memorie confirmatum, sibi et natis fratris sui Georgij felicis recordacionis dignaremur sub ratihabitione confirmare, cuius privilegij tenor erat talis: In nomine Domini Amen. Cunc-

torum perit memoria factorum, nisi scripto legi-
timo et testimonio fide digno perhennetur salu-
briter et firmiter. Hinc est quod nos Wladislaus
dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie,
Sandomirie, Syradie, Lancicie Cuyavieque dominus
et heres: Notificamus universis presentibus et
futuris, Quod accedens ad nostram presenciam dis-
cretus vir Nicolaus Advocatus noster Sandecensis,
tam suo, quam etiam Georgij filii quondam Lo-
dwici Advocati ibidem nomine nobis humiliter
supplicavit, ut Privilegium suorum progenitorum
super Advocacia nove Civitatis Sandecensis, olim
a Rege Bohemie obtentum, et demum per nos con-
firmatum dignaremur eis et eorum legitimis suc-
cessoribus cum ratihabicione omnimoda per nostras
literas sub nostro Sigillo Regio confirmare. Cujus
Privilegii tenor erat talis: Nos Wenceslaus dei gra-
cia Rex Bohemie, Dux Cracovie et Sandomirie,
Marchioque Moravie notum facimus universis
tam presentibus quam futuris, quod nos Civitatem

nostram Sandecz ad illum locum, in quo nunc
villa Kamenyiz sita est, dilectis fidelibus nostris
Bertholdo Advocato et Arnoldo cum suis fratribus
filijs Tyrmanij eiusdem Advocacie consortibus
concedimus locandam, Annectentes ad ipsam Civita-
tem Sandecz septuaginta duos mansos, quos a quo-
libet homine enodabimus et liberos penitus faciemus,
debet autem mansus quilibet decem scotos argenti
usualis in festo sancti Martini census nomine sol-
vere annuatim, de quibus septuaginta duobus man-
sis, sex ad comunem omnium Civium utilitatem
pro pascuis et alijs usibus pertinebunt; quatuor
omnino liberi, et de duobus mansis tota communitas,
ut de alijs Laneis Censum solvet nobis, sexto de-
nario pro Advocatis reservato; de aliis autem uni-
versis mansis et Areis, que Aree per dimidium
lottum solvent, sextam partem dicti Advocati ha-
bebunt, pro nobis quinque partibus reservatis. Sed
de apotecis, Cameris pannorum, Mensis panum,

Sutorum et Macellis, de examinatorio, libra plumbi et alijs omnibus structuris in eadem Civitate, de quibus utilitates alique provenire poterunt, corundem proventuum sexta pars eciam eisdem Advocatis cedet, et quinque partes debent aplicari pro communi utilitate et commodo Civitatis eiusdem; omnia nihilominus Macella, quecunque ijdem Advocati propriis sumptibus comparabunt, construent et ement, et duo balnea, unam Curiam, in qua peccora mactantur, que Kuttelhof vulgariter nuncupatur, et unum mansum cum Curia in Civitate prescripta, molendina insuper quotquod necessaria eidem territorio super Dunayecz in utroque littore in Kamenyez et in Elbynge aquis, suis impensis facient, ab omnibus Censibus et servitutibus quibuslibet, ijdem Advocati cum suis heredibus, libera possidebunt, et Molendina predicta nulli alij quam ipsis construere licebit. De Culpis vero Judicij et Causis

cujuslibet rei, tercia pars ipsis et eorum Heredibus, et due partes proventuum omnium nobis cedent; et quia ad ipsam Civitatem addidimus de sylvis nostris Centum Mansos, quos in spacio quindecim annorum a data presencium locarentur quotquod de predictis Mansis locati fuerint in spacio eodem, ad similem Censum supradictorum Mansorum tenebuntur, et ipsi etiam Advocati totam partem habebunt de eisdem Mansis proventuum quorumcumque. Hoc quoque addimus, quodsi Aurum vel Metallum qualecunque Advocatos et Cives eiusdem Civitatis infra terminos et limites hereditatis pertinentis ad ipsos, fortuna favente, invenire, et cum sumptibus eorum elaborare contigerit, omne jus quod circa talia principes alij consueverunt, eis volumus observare. Constituimus insuper, ut theloneum non in antiquo loco, sed in presenti recipiatur, et via ibidem communis et publica deinceps dirigatur. Amplius volumus quod in toto districtu apud ipsam Civitatem nullum forum

habeatur alias quam ibidem; Volentes ut hij qui secus presumpserint, per advocatos predictos rebus omnibus spolientur, et persone nobis cum spolio presententur. Et ut Civitatis eiusdem condicio melioretur, annuale forum in festo beate Margarete usque ad ejus Octavam servari et haberi volumus cum omnimoda libertate; Monetam eciam pro utilitate Civitatis per Advocatos instaurandam concedimus et favemus. Ceterum alie Incole undecunque venientes ad inhabitandam ipsam Civitatem per Ducatus nostros Cracovie et Sandomirie liberum habeant transitum a theloneis absolutum, et ijdem Incole in Civitate commorantes per utramque Wartham, id est bronam in vulgari versus Hungariam ad nullum eciam theloneum teneantur. Adiungimus eciam in presentibus decernentes, ne quis in spacio unius Miliaris ad omne latus Civitatis ejusdem thabernam braxare audeat ullo modo; decernentes in spacio eodem nulla per quempiam

piam

artificia exerceri. Aplicamus eciam eidem Civitati ad utilitatem nemus ex omni parte, piscacionem et venacionem in metis et terminis ipsorum. Predicta vero Civitas locata esse debet sub Juribus universis Meydburgensibus, que in Civitate Cracoviensi exnunc vigent, et hactenus viguerunt, ut ad Jus ibidem prescriptum recurrant, si de aliquo fuerit dubitatum. Predictas autem utilitates, dictis advocatis Bertholdo et Arnoldo cum suis fratribus universis et eorum successoribus legittimis liberas ad vendendum, et donandum prefatis iuribus perpetuis temporibus condonamus, et easdem inter se percipiant et parciantur secundum iusticiam pari modo. In cuius rei testimonium presentes fieri et nostrorum sigillorum munimine iussimus roborari. Datum in Cracovia. Anno Domini M°CC° nonagesimo secundo, per manus Henrici prothonotarij Cracoviensis et Sandomiriensis, Quaz vulgariter nuncupati

sexto ijdus Novembris: Nos igitur attendentes ex huius modi locacione Civitatis predicte nobis et nostris successoribus utilitates plurimas accrevisse, dictorum Nicolai et Gregorij advocatorum ibidem iustis et racionabilibus precibus aclinati, et ut ipsos ad ampliora nostra servicia provocemus, predictam Advocaciam cum universis suis Juribus et pertinencijs, prout in eodem privilegio sub singulis suis clausulis continetur, ipsis Nicolao videlicet et Georgio successoribusque eorundem, communicato nostrorum Baronum consilio, jure hereditario perpetue possidendam tenore presencium censuimus confirmandam. In cuius rei perpetuam memoriam Sigillum nostrum Regium duximus presentibus apponendum. Datum Cracovie, Anno Domini M°CC° tricesimo. Presentibus nobilibus nostris: Nawogio Castellano, Spicimiro Palatino, Sbigneo Cancellario Cracoviensi, Johanne Castellano

Sandecense, Andrea Dapifero, Regotha gladifero Cracoviensi, Hermanno Procuratore nostro generali, et alijs pluribus fidedignis. Datum per manus Domini Petri Prepositi Sandomiriensis et vicecancellarij Curie nostre. Nos itaque ipsius Nicolai iustis peticionibus satisfacere volentes, intuitu suorum serviciorum, que genitori nostro impendit, et nobis se offert impensurum, sibi Nicolao ac natis predicti Georgij et ipsorum legittimis successoribus, predictum Privilegium cum singulis clausulis et articulis in ipso privilegio contentis, prout patrocinio sub appensione nostrorum regalium Sigillorum liberaliter confirmamus, hoc adiecto, quod idem Nicolaus et nati dicti Georgii ac heredes eorundem cum duobus Pynnerijs sublattis ad quamlibet expedicionem communem cum terrigenis, nobis et nostris heredibus servire tenebuntur. Datum Cracovie. Anno

Domini M°CCC°XL° quarto. Presentibus hijs testibus: Spitkone Castellano, Sbigneo Cancellario Cracoviensi(bus), Petro dicto Nossal Castellano Sandomiriense ~~[illegible]~~, domino Hermanno Cancellario Cuyaviense, nostro procuratore Cracoviense, Nicolao dicto Wyrzingo dapifero Sandomiriense, Clemente gladifero nostro Cracovien. et alijs multis testibus fidedignis. Datum per manus domini Petri Vicecancellarij Curie nostre et prepositi sancti floriani. —

(Oryginał potwierdzenia Króla Kazmierza z r. 1344 ~~[illegible]~~ na pergaminie z pieczęcią dużą majestatyczną białą woskową płaską wiszącą na jedwabnym zielonym sznurku. Z jednej strony orzeł piastowski w kratkowaném polu, z drugiej strony król siedzący na tronie)
Oryginał potwierdzenia Króla Władysława Łokietka z r. 1330 na pergaminie z ~~sznurkiem~~ pieczęcią na zielonym jedwabnym z wosku białego, mającą na jednej stronie osobę siedzącą na tronie, na drugiej stronie contrasigillum z orłem. Warchiw. Król. Tek. Narusz. IV No. 114)

N° LXXXI

Joannes (Muscata) episcopus cracovien=
sis confirmat concordiam inter abba=
tem monasterii szczyrzyciensis et
comitem Ratoldum filium
Joannis Zila factam ra=
tione juspatronatus ec=
clesiae in Szczyrzyc.

Cracoviae, anno 1296 die 4 mensis Maji.

R. III nº 68
p. 159

Johannes Dei gracia Episcopus Cracoviensis, universis
et singulis tam presentibus quam futuris salutem in
Domino sempiternam, et noticiam subscriptorum. Ne
ea que puplice aguntur, in scrupulum recidive ques=
tionis malicia seu dolo cuiuspiam relabantur, assolent
scripto et testimonio apicum perhennari. Proinde tam
presens etas noverit quam futura, quod vertente causa
et lite super iure patronatus et presentacionis eccle=
sie sancte Marie de villa Ciric, inter honorabiles vi=
ros ...... abbatem et suum conventum monasterii do=
mus Ciricensis, ordinis Cisterciensium ex una parte,
et Ratoldum militem, filium nobilis viri Johannis
dicti Zila, ex altera, tandem de consensu communi
et voluntate parcium, decreto scire nostro, compro=

Rkp. 5378

missum extitit in dominos honorabiles: Magistrum
videlicet Franciscum cancellarium ecclesie, Reybol-
dum archydiaconum Sandomiriensem Canonicos Cra-
cov. et Sdeslaum archidiaconum dublinensem, qui do-
mini partibus terminum ad sentenciam competentem
prefingarunt audiendam. Infra terminum sic pre-
fixum partes per se simpliciter et pure veritate
cognita et comperta concordarunt, quam concordiam
compromissariis, arbitris arbitratoribus seu amicali-
bus compositoribus, voce viva et personaliter re-
tulerunt. Qui utraque parte sufficienter audita,
partes ad nostram audienciam remiserunt; partes
vero personaliter et per se in nostra presencia con-
stitute, ad peticionem presencium, dictus domi-
nus Sdeslaus concordiam parcium coram nobis
puplice proposuit, et proposicionem ipsius utra-
que parcium approbans, confirmans; Et licet utra-
que parcium de verbo ad verbum sic esse asseret
ut est premissum, ad maiorem tamen certitudinem
ex ore parcium hoc ipsum audire volentes, partes
duximus ammonendas, quarum una, videlicet
Comes Ratoldus filius Johannis Zila cognominati,
per se et nomine suorum filiorum publice renuncia-
vit perpetuo, simpliciter et pure omni iuri patro-

quod in dicta ecclesia ex successione patris et suorum pro-
genitorum se habere contendebat. Verba autem sue renun-
ciacionis fuerunt sub hac forma: Ego Ratoldus cedo et
renuncio iuri patronatus ex nunc, si quod habui, vel
habere me contendo in ecclesia memorata, et confiteor
abbatem et monasterium publice et clare, sine aliquo
errore, esse patronos ecclesie iam dicte; abbas vero
eo presente, quia ecclesia vacabat de iure et de facto,
ad dictam ecclesiam nobis quendam presentavit tam-
quam verus et legitimus patronus. Et nos ad presen-
tacionem ipsius, dicto Ratoldo presente et audiente,
ad hoc vocato non contradicente, hanc sentenciam de
dicta ecclesia canonica investivimus perennitus,
nomine Domini invocato. Ne autem de cetero super
iure patronatus ecclesie premisse aliquod dubium
moveretur, abbas et conventus iam dicti, ad perpe-
tuam rei memoriam, sibi presentes sigillo nostro
signatas, fieri et dari humiliter postulaverunt.
Actum in Castro Cracov. in domo ad ecclesiam
sancti Michaelis, anno Domini Millesimo ducen-
tesimo nonagesimo sexto; quarto Nonas Maij.
Presentibus et audientibus, quorum nomina hic
habentur: Comes Nicolaus Judex Sandom. Pacos-
laus Sub-Camerarius Cracov. et Stephanus procurator
Crac. Ducatus, Olricus Custos Kyelcensis, Sdeslaus

Canonicus, causarum eccles.... Nicolaus custos Sancti Andree, et alii quam plures viri honesti et fide digni.

Griphina relicta uxor Lesconis nigri, ducissa cracoviensis Joanni Diviti centum mansos de silva inter civitatem Kamienica (Neo-Sandecia) atque villas Zabelcze Siedlec et Mogilno jacente donat.

Sandeciae, anno 1299, die 3. mensis Septembris.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Amen. Que geruntur ut et presentium memorie committentur et futurorum notitiae ministrentur interest, ut testium scripto et apicum testimonio praemuniantur. Nos igitur Griphina relicta magnifici principis domini L.(esconis) celebris memoriae quondam ducis Cracov. Sandomir. et Sirad. domina territorii Sandecensis notum facimus omnibus modernis et futuris tenore horum cognitis quod nos diligenter considerantes obsquia Johannis dicti divitis civis Kamenicie quae nobis nostraeque Karissimae matri bonae memoriae dominae Kunegund. sororibusque Sandecensibus exhibuit utiliter et fideliter suis rebus et areis super quibus claustrum earundem sororum permisit funditus struere et possidere. Cumque principium generositas et rationes justitiae requirant quod

fideliter ministrantibus prosequi gratia retributionis ut
sufficientes merita ferant recompensationes: nos de gratiae
favore benignaque voluntate venerabilis dominae .... *)
abbatissae coenobii Sandecensis prout de consensu et assen=
su totius conventus ibidem praefato Johanni suisque
legitimis posteris titulo donationis perpetuae damus
irrevocabiliter solempniterque conferimus hereditatem vi=
delicet centum francicos mansos de silva sita juxta
Kamenicie civitatis ab una parte, a sinistro latere jux=
ta hereditatem Zabelcze, a parte vero tertia continua
silvis nostrae haereditatis Sedlech, ulterius sufficien(ter)
(pro) praedicto numero C. mansorum ad Mogilnam se producen=
tem silvam, in qua ei dedimus parvam Elbinam cum
littore utroque possidente(dam) dedimus dictam silvam dicto
Johanni cum matura deliberatione et prudencie ut et
ipsius merita praemissis gaudeant et ubi nobis ex illis
silvestris utilitas jure spectabat, inde in futuro ipsi
utilitas large percipi debet praedictam hereditatem sae=
pe nuncupato Johanni et suae posteritati concedimus
cum omnibus proventibus censu solucionibus exaccionibus
serviciis peticionibus utilitatibus pertinenciis vena=
cionibus mellificiis pascuis molendinis piscinis taber=
nis usu aucupandi et quidquid utilitati suae valet infor=
mare ita ut ibi locorum et ponat homines cujuscumque
linguagii et nationis jure theutonico scilicet jure mayd=
burgiensi et ipsos incolas horum C. mansorum judicet et
regat per se vel per suos scultetos omnes causas quae in

*) In archetypo pergameneo nomen abbatissae omissum atque spa=
tium vacuum pro nomine ipso reperitur.

hac haereditate emerserint vel quaesitae fuerint fine debi=
to decidendo omnes quas maydburgiense jus habet in villa
judicare et terminare. quas vero causas jus maydburgiense
judicare villa nequit, uti causas maximas et nimium enormes
in his ad nostram curiam vel dictarum sororum recurretur.
quaestus judicii sive cui dictum jus dictabit ille pro se
obtinet, qui vero quaestiones judicii judicab(un)t seu poene reo=
rum quae in dicta haereditate sententiis scabinorum fuerint
sententiate omni ambiguitate semota omnes saepememora=
tus Johannes et sui posteri omnia pro se obtinebunt. Excipi=
mus verumtamen, ut cum a praesenti tempore sedecem anni
fuerint evoluti, dictus Johannes et sui posteri de haere=
ditate ista nobis seu dictis sororibus in singulorum
annorum revolutione in die sancti Martini sex mar=
cas fusi argenti solvent amota qualibet occasione. Exci=
pimus etiam quod de villis claustralibus obnoxios ho=
mines nec invitabit nec recipiet residere in dictam hae=
reditatem, praeterea portas domosque nostrae curiae
ingrediendo et egrediendo dictae haereditatis incole sicut
et aliae nostre villae censuales eadem gaudebunt liber=
tate a thelonei solutione. Hujus itaque haereditatis
dominos, scultetos et villanos ab omni polonico jure
jurisdictione, dominio, potestate et auctoritate judiciorum
judicibus, castellanis, palatinis et specialiter a San=
decensi castellano, ministerialibus, officialibus, solutio=
nibus, serviciis, exactionibus, petitionibus, silvarum
pastionibus, castrorum munitionibus, vel viarum

constructione seu correctione, bellicae necessitatis admi=
nistrationibus, stationum solutionibus sibi et speciali=
bus angariis et praeangariis inventis et inveniendis,
quibuscumque nominibus in lingua materna nuncupa=
tis facimus in perpetuum liberos et exemtos. ita
quod ad nullius tribunal vel praesentiam citabun=
tur nisi ad praesentiam suorum haeredum vel scul=
tetorum qui omnibus ipsorum judicium poscentibus
facient justitiae complementum. domini autem ipso=
rum et sculteti ad nostram praesentiam litteris nostro
sigillo appressis vel sigillatis citatione evocabuntur,
et ita ibi comparebunt et suo theutonico jure scilicet
jure magdburgiensi citati objicentibus respondebunt,
alias autem aliter citati nec comparere nec responde=
re tenebuntur. Et hanc donationem facimus saepe no=
minato Johanni et suis successoribus salvo nostro
jure vendendam tenendam possidendam vendendam
donandam, commutandam et quomodolibet alienandam.
Ne autem hanc nostram donationem rite solempni=
terque factam in posterum ausu temerario aut
scrupulo invidiae temporum violare, nos praesentem
cartam nostri sigilli appensione nec non venera=
bilis dominae dictae abbatissae Sandecensis cenobii
totius ejusdem conventus sigillorum munimine dig=
num fecimus roborari. Acta sunt haec in Sandecia

publice Anno ab incarnatione Domini M.C°C°.XC°.IX°.
~~nr~~ iiij. mensis Septembris Praesentibus his comite Stephano
nostro procuratore, comite Nicolao nostro ministro
dicto Panezek, comite Nicolao judice nostrae curiae
dicto Jascorka, comite Paulo nostro ministro filio
Threbe et comite Adam de Zassone, comite Koguth
nostro ministro praesentibusque nostris capellanis
videlicet domino Bogusalo, domino Jacobo plebano
Sandeciae civitatis et Petro dicto Abba nostro no=
tario, per cujus manus ista carta transivit.

(Oryginał na pergaminie, przy nim było
3 pieczęci, urwane od których tylko sznurki
bawełniane pozostały, 2 żółte, jeden modro
żółty z bawełnianych cienkich nici kręcone)

(Na odwrocie: Napis dawny: Privilegium super edifi=
catione et edificia erection. loci
inter Kamyenycza et Zablocye)

(Nr. 2)

Ladislaus Rex Hungariae castrum Ploche (Muszyna) in metis terrae sandecensis Joanni Muscata episcopo cracoviensi donat.

Budae, anno 1301. die 26. mensis 7bris.

In nomine Domini Amen. Nos Ladislaus Dei Gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Universis et singulis, praesentibus et futuris, ad quorum notitiam praesentes devenerint, volumus esse notum: Quod ex clementia Regiae Majestatis advertentes fidelia, utilia et ardua servitia multo tempore exhibita, et in futurum, dante Domino, exhibenda, quae nobis exhibuit ad promotionem Regni Hungariae et coronae nihil pensando personam, vitam et res Venerabilis pater noster fidelis et dilectus Vicecancellarius

Regni

(t. j. Polski) Nostri Joannes Dei Gratia Episcopus Cracoviensis, meritis suis tam laudabilibus tamque gloriosis condignam satisfactionem impendere cupientes, (Poloche) sibi suisque successoribus Ploche Castrum nostrum ~~[illegible]~~ de metis Terrae Sandecensis jure haereditario cum omnibus attinentiis suis districtu, juribus, reditibus, proventibus, utilitatibus ~~usibus~~, dominio directo et indirecto, agris, pratis, sylvis, nemoribus, pascuis, aquis, montibus, vallibus, lacubus, piscationibus, fructibus, industrialibus, ~~[illegible]~~ seu naturalibus, venationibus, judiciis, quaestu, solutionibus naturalibus, collectis, dedimus, contulimus, donamus jure traditionis perpetuo et irrevocabiliter conferendo, dantes ei et suis successoribus omnimodam potestatem et licentiam liberam dictum Ploche cum suis pertinentiis et districtu, in parte et in toto donandi, vendendi, permutandi, obligandi, transferendi et alienandi ~~[illegible]~~ in locum et in quamlibet personam cujuscunque conditionis, status

honorisque existat, secundum quod suae placuerit voluntati, omne jus nostrum dantes Eidem integre, et sine diminutione, pure, simpliciter et absolute, nihil juris in praedictis Nobis nostrisque successoribus reservantes. Damus etiam Ei et suis successoribus omnimodam potestatem, licentiam et facultatem locandi praedictum Districtum jure Theutonico, Gallico, et quocunque alio duxerit, eligendum ~~[illegible]~~ et etiamsi voluerit infeudandum ~~[illegible]~~, ipsum et successores ejus, jobbagiones ~~[illegible]~~, Incolas, Habitatores, Colonos praedicti Castri et sui districtus cum pertinentiis suis ab omnibus Palatinis, Castellanis, Judicibus, Officialibus, Exactionibus ordinariis et extraordinariis, solutionibus reddendis absolutos, liberos et immunes Regni Nostri Hungariae et poenitus exemptos, ita prout prefati Jobbagiones, Coloni et habitatores dicti Districtus, Castri et Dominii in omni causa coram nullo alio judice, nisi coram praefato Episcopo, successoribus ejus

et judicibus eorundem tenebuntur de se quaerulantibus respondere. Actum Budae in Domo Domini Regis, praesentibus Venerabili Patre Nicolao Episcopo Bosniensi, Dominico magistro Tanitorum, Magistro Demetrio, Nostris fidelibus et aliis quam pluribus fide Dignis. Anno Domini M.C.C.C. primo. Sexto Calendas Octobris. In cujus rei testimonium et perpetuam evidentiam praesentes fecimus, Sigilli Nostri munimine roborari, secretum annulum, Nostrum eidem apprimentes,, Per manus praefati Episcopi Bosniensis; facientes et appendi praesentibus Sigilla praedictorum fidelium nostrorum, de quorum consilio hanc fecimus donationem. Regni Nostri Hungariae Anno primo.

Wenceslaus rex Bohemiae et Poloniae, Jordano de Görgey Comiti Saxonum donat duas villas regales Gniezna et Lublyo in terra Sandecensi.

Pragae, Anno 1301 die 13 mensis Decembris.

Nos Wencezlaus dei gracia Boemie et Poloniae Rex. notum facimus universis presentes literas inspecturis: Quod nos propter grata servicia, que Jordanus de Gargow, Comes Saxonum nobis exhibuit hactenus, ad presens exhibet, et in futurum dante Domino exhibebit, sibi duas villas nostras in terra Sandecensi sitas, que vulgariter vocantur Gnezna et Luble, cum suis pertinencijs universis conferimus et donamus per eum in nostrum et heredum nostrorum fidelitate manentem habendas et eciam possidendes. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Prage, Anno domini Millesimo Trecentesimo primo, Idibus Decembris, Quinta decima Indiccione, Regnorum nostrorum Boemiae Quinto, Polonie vero Secundo.

Wladislaus (Locticus) Dux Cracoviae civibus Neo-Sandecensibus a solvendis theloneis in terra cracoviensi et Sandomiriensi confert libertatem.

R. III Nr 73
p. 170

In Nova Civitate (Korczyn), anno 1307 die 17. mensis Februarii.

Nos Wladislaus Dei gratia Dux Cracovie, Sandomirie, Pomeranie, Cuyavie, Lancycie et Syradie, omnibus Palatinis, Castellanis, Judicibus, Subcamerarijs ~~quibuslibet~~ militibus, ac universis Advocatis, Sculthetis, Monetharijs, Thelonarijs quibuscunque in terra Cracoviensi et Sandomiriensi constitutis, quorum audiencie presens scriptum ostensum fuerit, graciam suam et omne bonum. Mandamus vobis universaliter

singulis et singulariter universis nostre gracie
sub obtentu, distincte iniungentes, Quatenus
a civibus nostris de Sandcz cum mercimonijs
ipsorum qualibuscunque per Dominia nostra
transeuntibus, nullo modo exigatis theloneum,
nec accipere presumatis, ipsosque, visis pre-
sentibus, et quemlibet ipsorum, visis presen-
tibus, cum mercimonijs ipsorum, quocunque eis
placuerit abire permittatis; alias si secus
feceritis, extunc contra v(st)ram vestre temerita-
tis audaciam, in quantum iusticia suadebit
procedemus. Datum et actum in Noua Civitate
XIII° Kl. Marcij, Anno Domini M°CCC°VII°. —

pieczęć na sznurku zielonym duża biała na
niej postać i półgryfa w tarczy napis
— — — ducis Crac. et Sand.

n° XXXV

Gentilis cardinalis, apostolicae sedis legatus Jacobo Swinka archiepiscopo gnesnensi mandat, ut Joannem Muscatam episcopum cracoviensem a molestatione monasterii monialium in Antiqua-Sandecz coerceat.

Budae, anno 1310, die 27 ~~[illegible]~~ mensis Aprilis

Frater Gentilis miseratione divina tituli Sancti Martini in Montibus presbyter Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus venerabili in Christo patri Dei gratia archiepiscopo gnesnensi salutem in Domino. Attendentes benignius quod dilectae in Christo filiae sorores monasterii de Sandech Ordinis Sanctae Clarae cracoviensis diocesis mundi spernentes illecebras et saeculi blandimenta noxia fugientes se divinis obsequiis sub paupertatis artitudine salubri consilio dedicarunt, partem optimam eligentes, que ab eis auxiliante Domino minime auferretur, dignum fore conspicimus, ut sic eis et specialiter infra legationis nostrae terminos constitutis, digni favoris presidio assistamus, ut

Rkp 5378

alicujus praetextu calumpnie, nullum internae pacis
excidium, nullumque religiosi status aut sanctae qvietis
perferant detrimentum, sed in hijs robur et augmentum
habeant, per que circa cultum divini nominis devotis
et quietis mentibus invalescant. Exhibita siquidem nobis
dilectarum in Christo filiarum abbatissae et conventus
monasterij de Sandech praedicti Ordinis dictae diocesis
petitio continebat, quod licet eidem Ordini ac personis ip=
sius per specialia Sedis Apostolicae privilegia sit indul=
tum, quod ad praestationem decimarum de quibuscum=
que possessionibus et aliis bonis suis quae in praesen=
tiarum habent et justis modis praestante Domino acqui=
sierint in futurum vel ad contribuendum in procuratio=
nibus quorumlibet Ordinariorum ac etiam Legatorum
et Nuntiorum Sedis ejusdem et quibuslibet tallijs et col=
lectis ac ad exhibendum pedagia, telonea et alias exac=
tiones quibusvis regibus principibus seu aliis personis
saecularibus minime teneantur, nec ad id possint aliqua=
tenus coartari tamen episcopus Cracoviensis ab eisdem
abbatissa et conventu contra tenorem hujusmodi privi=
legiorum, decimam telonei de Sandech quod eaedem
abbatissa et conventus in proprios usus obtinent, ex=
torquere praesumit, et alias super possessionibus
et bonis suis ipsas molestat multipliciter et perturbat
in praefatae Sedis nostrumque contemptum, animae
suae periculum et ipsarum abbatissae et conventus prae=
judicium non modicum et gravamen. Quare nobis humi=

liter supplicarunt, ut providere super hoc ipsis et eidem
Ordini juxta officii nostri debitum paterna solli=
citudine curaremus. Nos igitur earundem abbatissae et
conventus providere quieti et molestantium malitiis ob=
viare volentes, paternitati vestrae qua fungimur aucto=
ritate praesentium tenore committimus et mandamus,
quatinus eisdem abbatissae et conventui oportuni prae=
sidio favoris assistentes non permittatis eas super prae=
dictis ab eisdem episcopo vel quibuscumque alijs con=
tra tenorem privilegiorum ipsorum indebite moles=
tari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesi=
asticam compescendo. Datum Bude V Calendas
Maij, pontificatus domini Clementis papae V
anno quarto.

Oryginał na pergaminie z owalną pieczęcią wos=
kową wiszącą na sznurku lnianym wyob=
rażającą budowlę gotycką (ołtarz) mającą u góry
wizerunek N. P. Maryj z dzieciątkiem Jezus otoczo=
ny dwoma postaciami; pod temi w otworach
postacie papieża i kardynała i u spodu oso=
ba. Napis do koła: S. Fris. Getil. Ord. Mior.
Di. Gra.....

Dod. do Gaz. Lwow 1853 No 29

/: Ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandecz, XVII saec. scripto, fol. 3. v.: ubi memoratur originale sigillo pensili munitum fuisse. :/

Vladislaus (Locticus) Dux Cracoviae cives Neo-Sandecenses a solutione thelonei liberat.

Sandeciae, anno 1310.

Nos Wladislaus Dei gratia Dux Cracouie Sandomirie Pomeranie Cuiauie Lancycie ac Siradie omnibus palatinis castellanis judicibus subcamerariis militibus ac universis aduocatis scultetis, monethariis theloneariis quibuscunque in terra Cracouiensi et Sandomiriensi constitutis quorum audienciae praesens scriptum ostensum fuerit gratiam suam et omne bonum. Mandamus vobis universaliter singulis et singulariter universis nostrae gratiae sub obtentu districte iniungentes Quatenus a civibus nostris de Sandechz cum mercimoniis ipsorum qualibuscumque per totum nostrum transeuntibus ducatum nullomodo teloneum exigatis nec accipere praesumatis ipsosque visis praesentibus et quemlibet ipsorum visis praesentibus cum mercimoniis ipsorum quocumque eis abire placuerit permittentes, alias si secus feceritis extunc contra vestrum vestreque comitatus audaciam in quantum iusticia suadebit grauiter procedemus si in rebus praedicti nostri cives moles-

tati fuerint vel in persona. Datum et actum in Sandechz anno domini M°. C°C°C°. X. primo (pmz mo ze presentibus) testibus subscriptis domino Alb[r] palatino sandomir. domino Jar. cancellario cracovien. domino Alb.[i] aduocato cracouien. et domino Tomislao venatore cracoviensi.

pięczi brak LXXXXV N°. 7

super libertatem a solvendis teloneis in terris Crac et Sandom. 1311.

94

Hedvigis uxor Vladislai Locteci ducissa Cracoviae cives Neo-Sandecenses a solutione thelonei in dominio Sandomiriensi liberat.

był domi na Sandomierski

R. III No 75 p. 174

Cracoviae, anno 1312 die 20. mensis Februarii.

In nomine Domini Amen. Humanis rebus quantumcunque publice vel solempniter actis, temporum vetustas oblivionis caligine frequentius novercantur, nisi a scripto testium et testimonio literarum sufficienti perhenne recipiant tutamentum. Proinde notum sit universis presentibus et futuris presentem paginam inspecturis. Quod Nos Hedwigis

Dei

gracia Ducissa Cracovie Sandomirie, Lanci-
cie, Syrazie, et Cuyavie, Obsequiorum merita plu-
rimorum, quibus viri Discreti et fideles cives
nostri Sandecenses necessitate urgente nobis pla-
cere et grati esse didicerunt, cum Cives Cracovien-
ses a consorte nostro Karissimo et a nobis pueris-
que nostris per infidelitatem recesserunt, alium
ducem nobis in subversionem et eliminacionem
de Dominijs nostris iam predictis inducere labo-
rantes ad omnes partes terrarum; Sed prehabiti
Cives Sandecenses Nolentes consentire tradicionibus
ipsorum, tamquam viri veraces et constantes no-
bis adherentes in fide, qua nobis tenebantur in-
violabiliter prestiterunt, cuius de causa beni-
gnitate prout dignitati nostre convenit dili-
gencius intuentes fidelia servicia et continua,
ipsis et eorum posteris damus et tytulo perpe-
tue donacionis conferimus liberam et omnimo-
dam facultatem absque omni genere solucionis
thelonej per dominium nostrum Sandomiriense
ubicumque locorum, quod ad nos pertinet transeun-
di cum curribus qualibuscunque rebus honeratis,
equitantibus et pedestris ambulantibus atque
navigio per aquam transeuntibus cum mercibus,
in perpetuum pacifice et quiete; Excepto dun-
taxat, quod alia thelonia que ad nos non per-
tinent, solvere tenebuntur, secundum consuetudi-
nem ab antiquo observatam. In cuius rei testi-
monium et evidenciam cerciorem atque perpe-
tue stabilitatis firmitatem, presentem paginam con-
scribi fecimus ac nostri Sigilli munimine com-
munirj. Actum in Castro Cracoviensi ab an-
no Dominice incarnacionis M° CCC° XII. – X Kl.
Marcij. Coram hijs testibus, quorum ista sunt
nomina: Comes Albertus Palatinus Sandomirien-
sis, Dominus Yarostius Cancellarius Curie, Co-
mes Prandotha Castellanus Sandomiriensis, Co-
mes Thomislaus Venator Cracoviensis, Comes Na-
woyus Subcamerarius Sandomiriensis, et Yasch-
zco Scriptor Domine Ducisse, qui hoc privilegium

compilavit et scripsit. Datum autem est per manus eiusdem notarij Jasconis.

(Ex originali pergameneo, cujus sigillum avulsum)

(In dorso notatum antiquo charactere: Hedvigis R. domina sandomiriensis pro sua persona in perpetuum)

nº LX

Rkp 5048 II

Vladislaus Locticus dux Cracoviae cives cracovienses ratione criminis laesae majestatis omnibus privilegiis et libertatibus privat et theloneum fluvii Poprad monasterio monialium ordinis S. Clarae in Antiqua Sandecz adjudicat.

Neo-Sandeciae, anno 1312 die 17 mensis Aprilis.

In nomine Domini Amen. Justitia est jus unicuique, quod suum est ~~[illegible]~~ tribuens ingratos ob demerita puniendo, benemeritos beneficiis perpetuis et gratiis multipliciter praemiando. Ideo nos Wladislaus Dei gratia Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cujaviaeque dux ~~et~~ Ad notitiam et testimonium omnium praesentium et futurorum volumus devenire, quod propter demerita publica, perjuria, traditiones, proditiones civium civitatis nostrae Cracoviensis, quae in nos haeredes nostros et gentem polonicam proditionaliter verbo factis et operibus commiserat exterminando et excludendo nex fandissime ab ~~omnibus~~ bonis temporalibus et perpetuis

haereditariis in opprobrium nostrum haeredum nostrorum et gentis polonicae sibi alios dominos ausu temerario faciendo, laesae majestatis scelera perpetrando, ipsos justitia Dei exigente de maturo senatus nostri consultus, invocato nomine Domini, omnibus privilegiis, libertatibus, gratiis, donationibus, praediis, posessionibus a nobis et a nostris praedecessoribus qualibuscunque et quibuscunque et ab aliis quocunque titulo habitis seu acquisitis, sub quacunque forma datis seu concessis per nos vel praedecessores nostros confirmatis, ex nunc sententionaliter et perpetuo eximimus, nudamus, privamus et pronuntiamus esse privatos et nullius momenti existere penitus vel vigoris. Et specialiter conventum, sorores et monasterium Sanctae Clarae ordinis Minorum fratrum terrae Sandecensis reponimus, reintegramus, restituimus et reformamus integre et plene ad jus et proprietatem ad dominium perpetuum, telonei percipiendi, accipiendi, utendi super aquam Poprod in terra dicta Sandecensi prope castrum Ritter, secundum quod temporibus patrui nostri beatae memoriae illustris principis Boleslai percipiebant et habebant et aliorum nostrorum praedecessorum et specialiter irritamus et irritum nuntiamus privilegium seu sententiam perpetuo et irrevocabiliter, quod vel quam dedimus super dicto teloneo praefatis civibus in praejudicium sororum conventus et monasterii praedictorum, omnem accessum, aditum, actionem omnibus cracoviensibus praecludendo et nos et posteros ipsorum dicto privilegio nostro seu sententiae super teloneo dicto concesso seu concessis redigimus et facimus in totum inhabiles et extorres. Actum apud Sandecz Anno Domini Millesimo Trecentesimo XII° Quindecimo Calendas Maii, Praesentibus fidelibus nostris Stephano capitaneo cuiaviensi, Somislao venatore cracoviensi, Spithkone de Dubno, Zegota haerede de Welglow, Joanne haerede de Omilino, Martino milite filio Voneslai, Henrico advocato de Podalino, Joanne cive de Sandecz qui cognominatur Dives et aliis pluribus ad hoc vocatis et specialiter evocatis. In cujus rei testimonium praesentibus nostrum sigillum fecimus appendi. Datum per manus fidelis nostri Capellani domini Zdeslai praepositi Sancti Floriani et subcancellarii cracoviensis.

|: Ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandecz, XVII saec. scripto, fol. 25v. – ubi memoratur originale sigillo magno regali munitum fuisse. :|

item:

(Ex confirmatione Sigismundi III regis Pol. data Varsoviae in comitiis regni d. 15 Junii 1593 (ubi dicitur originale sigillo minori pesili munitum fuisse) oblat. ad acta castr. cracov. fer. 4a post fest. S. Lucae evang. 1593. Libr. Relat. Tom. XIX)

Vladislaus (Locticus) Dux Cracoviae cives Neo-Sandecenses a solutione thelonei cracoviensis liberat.

Cracoviae, anno 1320, die 7.–13. mensis Januarii.

In nomine domini Amen. Dignum est ut benemeriti in se et in suis munere perpetuo consolentur ut ceteri ad similia facienda magis animentur. Hinc est quod nos Wladislaus dei gracia Cracovie Sandomirie Syradie Lancicie Cuyavie Regnique Polonie dux Notum esse volumus universis presentibus et futuris presencium tenorem audituris. Consideratis fidelibus serviciis et diligenter inspectis que nobis nostri fideles cives Sandeczenses fideliter et multipliciter ac constanter impenderunt et in posterum se offerunt gratuite impensuros ut merita in futurum vicissitudine valeant repensari eisdem civibus Sandeczensibus quos morum probitas et obsequiorum fidelitas nobis gratos reddidit pariter et acceptos damus tradimus et conferimus a solucione theolonei Cracoviensis tempore perpetuo omnimodam libertatem, huic nostre libertati consti=

tuciones contrarias irritas nunciantes. Ad cuius rei
euidenciam pleniorem presentibus nostra sigilla
duximus appendenda. Actum apud Cracouiam Anno
Domini Millesimo CCC°XX° Presentibus hijs
testibus Comite Nauogio Sandomiriensi Thomis=
lao Cracouiensi pallatinis Spicimiro castellano
Wysliczensi Ade iudice cracoviensi. Datum per ma=
nus domini Sbygnei subcancellarii et canonici
cracoviensis In octaua Epyphanie Domini

bezpieczeu

de libertate thelonei Crac.

LXXXXIX Nr 8.

Vladislaus (Locticus) Rex Poloniae villam Wilkowisko de iure polonico in ius teutonicum transfert.

In Szczyrzyc, anno 1324 die 25 mensis Novembris.

R. III n° 79 p. 181

In nomine Domini Amen. Largitas Regum multipliciter comendatur, si ea grata donatione confirmacio benivola subsequatur. Proinde Nos Vladislaus Dei gracia Rex Polonie nec non Terrarum Cracovie, Sandomirie, Lancicie, Cuyavie, Syradieque Dux. Ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus devenire. Quod atendentes et considerantes fidelia servicia fidelis nostri Petri dicti Cuniczky, que nobis multipliciter exhibuit, ac adhuc in futurum actione diligenti nititur exhibere. Et ut ipsum Petrum ad nostra servicia redderemus promciorem, sibi hereditatem suam Wilkowisce vulgariter dictam et in Terra

Rkp. 5378 II

Sciricensi situatam, prout in suis terminis, gadibus et limitibus circumferencialiter est distincta, de iure Polonico in jus Theutonicum, scilicet Novifori quod Sredense vulgariter dicitur, presentibus duximus transferendam, absolventes ipsum Petrum et omnes incolas et villanos suos, nunc aut in futurum ibidem manentes ab omnibus iuribus Polonicalibus, sicut: Sep, Stan, Naras, Powolove, et alijs singulis serviciis, angarijs, perangarijs, quecunque sunt aut quecunque nomine censeantur, que ius Theutonicum consueverunt perturbare: Ita quod predictus Petrus et sui legitimi heredes ac successores nullo alio iure, quam suo Theutonico Sredensi in omnibus causis Capitalibus magnis seu parvis, una cum sculteto et villanis suis in perpetuum pacifice et libere perfruentur. Liberamus eciam sepedictos fideles nostros ab omnibus iurisdicionibus Castellanorum, Palatinorum, Judicum, Subiudicum et omnium aliorum officialium, sic quod si citati ad presenciam eorum unquam fuerint, minime respondebunt, nisi per literam sigillo nostro sigillatam ad nostram presenciam citati erunt, extunc iure suo Theutonico unicuique querulanti de ipsis respondere tenebuntur. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem presentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostro roborari. Actum apud Claustrum Sciriecz, in die beate Katherine. Anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo quarto. Presentibus hiis Nobilibus nostris: Johanne Castellano de Brescho, Sbigneo Venatore Cracoviensi, Petro vexillifero, Sbigneo Preposito Cracoviensibus, Signeo filio Broconis Subdapifero Sandomiriensi, Petro Canonico Cracoviensi et Vice-cancellario Curie nostre, et aliis multis fidedignis. Datum per manus Magistri Francisci Prepositi Wisliczensis et Cancellarii Cracoviensis. –

Jesco, Petrus, Martinus et Georgius filii nobilis Sbignei de Czyrzyc, Urbano de Grunwald conferunt facultatem locandi villam Dembno.

In Nowytarg, anno 1325, die 2 mensis Julii. 1335.

In nomine Domini Amen. Ne humanae ~~[illegible]~~ conditionis fragilitas in gestorum memoria lapsu temporis quidquam dispendii patiatur: consvevit facta sua litterarum apicibus ad perpetuam rei memoriam roborare. Proinde noverint universi praesentis temporis et futuri praesentium notitiam habituri, quod nos Jesko Lesziczski, Petrus, Martinus et Georgius fratres filii nobilis viri Zbignei de Czerziecz nostram haereditatem ampliare cupientes, honorabili viro Urbano de Grunvald et ejus posteris eidem legitime succedentibus damus nostram haereditatem Dambnam sic vulgariter nuncupatam sitam circa fluvios et Belam cum adjacenti silva nostra Dunayecz fluvium ascendendo ~~[illegible]~~ versus montem dictum Kyrzchbergk descendendo fluvium Dunayecz usque ad introitum Bele in Dunayecz, quotquot poterit ibidem mansos jure theutonico ac Maydemburgensi et mensura franconica extirpare et locare et ad tenendam sculletiam ibidem suis posteris et successoribus jure haereditario et perhenni. Damus etiam ibidem nostro sculteto

Urbano et sibi legitime succedentibus in nostra haereditate ibidem duos mansos ab omnibus solutionibus exactionibus quibuscunque ac servitiis liberos et exemptos, jure ecclesiae et sacerdotali ibidem duntaxat excepto. Insuper damus memorato sculteto cum suis successoribus ac incolis in eadem haereditate nostra residentibus plenam et omnimodam viginti annorum libertatem; qua libertate extirpata praedictus noster scultetus Urbanus et sui posteri nobis ad servitia nulla penitus servire tenebuntur, quia in metis Hungariae multas occupationes et verbera sustinuit. Adicimus etiam quod libertate supradicta terminata incolae ejusdem nostrae haereditatis pro censu nobis in festo Sancti Martini a quolibet manso unum fertonem argenti et sex grossos tunc currentis monetae episcopo pro decima annuatim solvere tenebuntur, hoc idem duntaxat excepto quod scultetus saepedictus Urbanus et scultetus Marthlevi villae etiam haereditatis nostrae a quolibet manso ipsorum per unum fertonem annuatim plebano in haereditate nostra Dambro nuncupata residenti tanquam pastori animarum ipsorum pro decima solvent. Quam quidem ecclesiam Sancti Michaelis Archangeli matrem nuncupamus. Ea propter praedicto nostro sculteto Urbano et suis posteris damus et permittimus

in eadem nostra haereditate pro suis usibus molendinem cum duobus rotis vel duo molendina quomodolibet cum una rota construere et aedificare super Dunayecz vel alibi ubi eidem in nostra haereditate melius et utilius videbitur expedire. Volumus etiam cum nos censum nostrum expirata libertate vel per nos missos colligere contingat quandoque partibus ejusdem census pro nobis receptis scultetus saepedictus et sui posteri sextam partem pro se tollent quomodolibet sine impedimento. De judiciis vero et poenis duo duodenarii pro nobis debent tertium vero sculteto et suis legitimis successoribus libere percipiendum assignamus. Item damus in dicta haereditate pro dote ecclesiae unum mansum franconicum liberum cum tribus virgis et pro clerico ecclesiae aream cum orto libero et pro via peccorum unum mansum ab omnibus solutionibus et servitiis exemptum. Volumus etiam quod praedictus noster scultetus cum suis posteris ac incolis eandem nostram haereditatem inhabitantibus ter in anno in tribus judiciis ad prandium si in propria persona nos cum nostris ibidem venire contingat libertate tamen supradicta extirpata vel pro quolibet prandio unum fertonem nobis solvent omni semota occasione, de quo fertone scultetus et sui posteri unam partem, incolae duas solvere tenebuntur. Caeterum supradicto nostro sculteto

Urbano et suis posteris damus judicia judicandi pro homicidio, igne et aliis omnibus in praedicta nostra haereditate damus sibi liberam tabernam braseatorium liberum, macellum carnium mensam panum sutorem fabrum et sartorem in scultetia sua jam dicta libere posse pro sua utilitate venari omnes feras nostro tamen salvo jure et aliis piscaturam liberam et plebano. Etiam damus pro utilitate plebani unum piscatorem quem pro sua elegerit voluntate et alia omnia quae nostri sculteti ex concessione suorum privilegiorum libera habere consueverunt eidem nostro sculteto et suis liberis seu successoribus libere condonamus. Volumus etiam et pro nobis reservamus quod incolae eandem nostram haereditatem inhabitantes, ter in anno videlicet in festo Nativitatis Christi de quolibet manso unum pullum et in festo Paschae de manso duodecem ova et in festo Assumptionis Virginis Mariae de manso duos caseos pro honoribus nobis praesentabunt. Praeterea jam dicto nostro sculteto et suis posteris damus et concedimus saepedictam sculteciam suam plenam liberam facultatem quando ei placuerit vendendi commutandi vel quovis alio modo alienandi pro suo libitu voluntate. Postremum damus praefato nostro sculteto et suis posteris quod quum viginti annorum libertas

expiraverit duobus annis immediate sequentibus ipse scultetus et sui successores ab incolis eandem haereditatem inhabitantibus censum recipere integre et complete vel per annos quatuor nostrum praedictum censum dividet per medium quolibet sine impedimento. Et ut haec nostra donatio robur obtineat perpetuae firmitatis et inviolabiliter perseveret praesentem sibi litteram dari fecimus cum sigilli munimine roboratam. Praesentibus his testibus nobili et potenti viro domino Zbigneo praeposito cracoviensi et castellano incliti regis Poloniae patruo nostro et comite Egidio patruo pincerne cracoviens. et fratre nostro domino Clemente gladifero cracoviens. et venerabili viro domino Dionisio abbate in Czyrzicz et honorabilibus viris dominis Joanne ad Sanctum Joannem in Czyrzicz plebano et Nicolao de antiqua Rudek plebano, Joanne plebano in Novo foro et Theodrico advocato ibidem et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in Novo foro Anno Domini Millesimo tricentesimo vigesimo quinto in die Purificationis Virginis Mariae.

Ex confirmatione privilegii per Nicolaum Belzowski haeredem de Dambro Cracoviae feria 5a post fest. S. Stanislai in Majo proxima 1457 data valido Stanislao sculteto villae Dambro - ubi privilegium originale dicitur vetustate consumptum et notabiliter ruinosum fuisse, et villam Dambro a ruda radice per Urbanum scultetum fundatam esse. Hanc confirmationem approbavit, Sigismundus I rex Polon. Cracoviae d. S. Floriani mart. 1518. Oblatum ad acta capit. cracov. fer. 6a post fest. Epiphaniae 1552. Libri inscript. castr. crac. 1552 Tom. 63.

Vladislaus (Locticus) rex Poloniae civitati Neo-Sandeciae, annuale forum concedit.

Cracoviae, anno 1327, die 15 mensis Maji.

(cum confirmatione regis Casimiri Magni, Cracoviae, a. 1356 d. 26 mensis Martii.)

In nomine domini Amen. Quoniam decetet est dignum ut successores suorum genitorum acta legitime debent tenere et approbare, praecipuae quae prospiciant utilitatem suam et suorum subditorum Idcirco Nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae Sandomiriae Syradiae Lanciciae Cujaviae Pomoraniaeque haeres et dominus Universorum notitie tam praesentium quam futurorum publice profitentes declaramus Quod discreti viri et honesti Jacob (Jacko) et Hermanus cives sandecenses fideles nostri nomine suo et nomine omnium civium dictae civitatis Sandecz accedentes ad nostram praesentiam nobis humiliter supplicaverunt ut privilegium per genitorem nostrum clarae memoriae regem regni jam praedicti super forum annuale quod die beatae Margarethae ibidem in Sandecz celebratur sc libertate datum et concessum confirmare dignaremur, cuius privilegii de verbo ad verbum tenor cat (extat) talis:

In nomine domini amen. Sic nos decet in agendis nos=
trorum subditorum profectibus pia consideratione pros=
picere ut cum ipsos ad impendenda nobis obsequia promp=
tos esse gratulamur, ipsorum etiam utilitatibus ampli=
andis iugiter insistamus. Proinde Nos Wladislaus
dei gratia Rex Poloniae nec non Terrarum Cracoviae
Sandomiriae Syradiae Lanciciae dux et dominus ad
notitiam tam praesentium quam futurorum volumus
devenire quod profectui et utilitatibus civitatis
nostrae Sandecensis ac civium omnium ibidem nunc
et in futurum manentium pia consideratione intenden=
tes ut ex eo ipsa civitas cum civibus et territorio
spali consolationis subsidio consoletur de maturo con=
silio baronum et militum nostrorum praedictae civita=
ti et civibus de Sandecz annuale forum exercendum
in festo beatae Margarethae virginis singulis annis
in perpetuum damus concedimus et conferimus in hys
scriptis. Et ut praefati cives nostri eo melius et utili=
us forum suum annuale exercere valeant omnes hospi=
tes seu mercatores vel etiam cuiuscunque conditionis
aut status homines fuerint sive Christiani vel Judei
volentes adipsum forum et ad civitatem se transferre
infra octo dies ante festum beatae Margarethae de
Cracovia seu de aliis partibus quibuscunque per Lychow
transeuntes et redeuntes et infra alias octo dies sive
infra octavam beatae Margarethae omnes transeuntes
de Ungaria vel de aliis partibus quibuscunque in Ryther
et in antiquo Sandecz de omni theloneo et solutione
theloney transeuntes et redeuntes in perpetuum libe=
ramus et absolvimus generose, sic quod ista qui de Cra=
covia et aliis partibus ante festum beatae Mar=
garethae octo diebus in Lychow et illi qui de Unga=
ria et aliis partibus transierint prout superius est
expressum in Ryther et in antiqua Sandecz octo
diebus post festum praefatum de omni solutione
theloney in perpetuum erunt liberi et exempti. In cu=
ius rei testimonium praesentem paginam conscribi
fecimus et sigillo nostro roborari. Actum apud
Cracoviam in octava beati Stanislay Episcopi et
Martiris Anno Domini Millesimo Trecentesimo
vicesimo septimo praesentibus hys nobilibus
viris Navogio castellano Sbigneo praeposito
Mysiwo (Mysaiyo?) Judice Nicolao Subcamerario
Cracoviensibus Spicimiro palatino cracoviensi ac
aliis multis fide dignis. Datum per manus Petri
Praepositi Sandomiriensis et vicecancellarii curiae nos=
trae.

Nos vero supplicationibus nostrorum civium de
Novo Sandecz benignius acclinati et pro melioratione
civitatis sepedictae privilegium superius descriptum
nostri genitoris clarae recordationis innovamus
ratificamus approbamus et praesenti nostrae re=
giae majestatis privilegio perpetuo duraturum
gratiosius confirmamus sigilli nostri majoris cum

appensione. Datum et actum in Cracovia die Dominica qua Oculi mei cantatur Anno Domini M°CCC° quinquagesimo sexto Praesentibus hijs testibus Johanne Woyniciensi Doberslao Wisliciensi, Staskone Malogostensi Zavissio Sandecensi Castellanis, Andrea subcamerario Wstugio venatore Cracoviensibus et aliis multis fide dignis.

zamek zielony - piecz brak

Pr superannuale forum seu nundinas in festo S. Margarethe Casimirus rex approbat privil. Vladisl. d[uc]is Crac. 1327 super concessum

Rkp. 5378

Dionisius abbas monasterii Sczyrzyciensis ordinis cisterciensis Paulo sculteto facultatem locandae villae Dlugopole confert.

In Novo foro, anno 1327, die 24 mensis Augusti.

In nomine Domini, Amen. Quoniam ea quae temporaliter geruntur, una cum tempore ab humana memoria labuntur, nisi literarum apicibus et dictis roborentur testium: Noverint ergo universi tam praesentes, quam etiam futuri, praesentium copiam habituri: quod nos frater Dionisius ordinis Cisterciensis abbas domus Cyriciensis et universus fratrum conventus domus ejusdem a parte una et comes Albertus Bochnensis advocatus a parte altera haeredes sylvae sylvarum el longi campi super Dunaiecz, volentes augere bona et proventus domus praedictae, de ingenti consilio et

matura deliberatione conferimus et donamus dis=
creto viro Paulo praesentium ostensori una cum
sua posteritate sylvam nostram super longum
campum cum utroque littore nigri Dunaiecz quin=
quaginta quatuor mansos mensurae franconicae
protensive jure theutonico, quod jus Novi fori
nuncupatur populandam, et omne jus quod ad
praedicti juris jurisdictionem pertinet et ut aliae
villae in nostra sylva jure fruuntur causas
quascunque criminales et capitales homines
ejus conditionis judicandum et plectendum et
alia omnia, quae de jure sunt facienda. Damus
etiam praedicto Paulo sculteto et omnibus suis
legitimis successoribus, quibus suam sculte=
tiam donaverit aut vendiderit seu commutave=
rit, in eadem villa paratos mansos eccle=
siam cum uno manso libero, pro via unum
mansum liberum, item molendinum liberum,
tabernam liberam, unum macellum liberum
carnium, etiam fartorium liberum, fabrum li=
berum, de proventu judicii tertium denarium,
pro nobis duos reservabit. Donamus etiam jam
dicto sculteto una cum suis succedaneis et

omnibus incolis praehabitae locationis in extensio=
ne longitudinis et latitudinis ipsorum ut eo laetan=
tius resideant, liberam facultatem venandi, aucu=
pandi, piscandi et ad domos struendum de nostra
sylva quantum indigerint. Gaudebunt autem in=
colae praenotatae villae XVJ annis libertate
penitus exempti ab omni servitio et solutione;
elapsis annis libertatis incolae praenominatae
posessionis tenebuntur nobis singulis annis in
festo beati Martini solvere de quolibet manso
octo scotos tunc usualis monetae pro censu, pro
decima vero de unoquoque manso unum fertonem,
ibidem de sexto manso scultetus cum sua sequa=
citate suum censum libere percipiet. Item tenebun=
tur nos in anno ter ad prandia recipere, sive
pro quolibet unum fertonem dare. Villani tenebun=
tur pro duobus prandiis respondere, scultetus
vero pro uno. Item alia servitia et ad bellum
velut alii sculteti sunt obligati, similiter
obedire tenebuntur. In cujus donationis evi=
dentiam praesentes sibi dari decrevimus nos=
trorum sigillorum munimine roboratas. Datum
et scriptum in die Bartholomei Apostoli, apud

Novum forum per manus domini Mathiae plebani de Thelloneo, Anno Domini M°C°C°C°XXVIIJ. Praesentibus viris honorabilibus, discretis et fide dignis, Petro castellano dicto Pace m̃ domino Girhardo plebano Novifori, Andrea advocato ibidem, Cuntrm̃ano cive dicto de Higlavia, Friderico cive ibidem, Joanne de Corona cive bochnensi et aliis quam plurimis.

(Oblat. ad acta castr. cracov. fer. 6a in vigilia Concept. B. V. Mariae 1629 per fam. Gasparum Pawlik, ubi memoratur originale in pergameno scriptum jam in locis aliquot vetustate corruptum et corrosum, atque sigillo pensili cereo munitum fuisse. — Libr. Relat. castri crac. Anni 1629 Tom. 53)

Vladislaus Locticus rex Poloniae concordiam inter Joannem de Obrowiec atque Dionisium abbatem monasterii szczyrzyciensis ratione resignationis villae Sciborzyce approbat.

Cracoviae, anno 1329, die 6 mensis Octobris.

In nomine Domini Amen. Tunc via calumniae praecluditur et omnis ambiguitas tolli solet, cum id, quod superna hominum dispositione agitur, per regum seu principum munimina ac testium annotationes futurorum memoriae commendatur. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae universis praesentibus et posteris, quorum audientiae praesens pagina devenerit, volumus esse notum: Quod cum coram nostra nostrorumque baronum praesentiam Joannes de Obrowiecz super haereditate dicta vulgariter Sciborzycze ac sculteia ibidem cum religiosis viris fratribus domino Dionisio abbate ac toto capitulo seu conventu monasterii de Czyricz judicialiter movisset quaestionem, tandem

causa hinc inde agitata sufficienter, ad ultimum talem amicabilem concordiam inierunt: Quod idem Joannes triginta marcas grossorum recepit, cum suis successoribus renuntians quaestioni super eademque haereditate ac sculteltia praemissa sibimet suisque successoribus perpetuum silentium imponendo. Nos vero hanc ipsorum concordiam parte ex utraque ratum et gratum habentes, benignisque precibus ipsorum inclinati, dictis fratribus praesentem literam dari jussimus nostro sigillo munitam in robur perpetuae firmitatis. Actum et datum Cracoviae in octava beati Michaelis, Anno Domini Millesimo Trecentesimo vigesimo nono, Praesentibus his nobilibus nostris, Nawogio castellano, Spytkone palatino cracoviensibus, Sandone judice sandomiriensi, Pelka pincerna, Nicolao succamerario, Zbigneo praeposito cracoviensi et aliis pluribus fide dignis.

(Oblat. ad acta castr. cracov. fer. 5a post fest. S. Priscae V. 1609 per Stanislaum Drohojowski abbatem ciriciens. - ubi memoratur originale in pergameno munitum fuisse sigillo antiquo cereo pensili Vladislai regis. - Lib. Relat. Anni 1609 Tom. 35)

Vladislaus (Locticus) Rex Poloniae civibus Neo-Sandecensibus liberam incisionem lignorum in sylva ultra castrum Ryter sita permittit.

Cracoviae, anno 1331, die 18 mensis Junii.

In nomine domini Amen. Ea que ex mera libertate regum pro subditorum utilitatibus perheniter conceduntur debent non immerito scriptis publicis testiumque amminiculo roborari ad perpetuam memoriam futurorum. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie universis tam praesentibus quam futuris quorum audiencie deuenerit praesens scriptum et praecipue Castellanis seu Burgrabiis in terra Sandecensi constitutis volumus esse notum, quod cupientes reformacionem Civitatis nostre Sandecz vulgariter dicte ut post incendia facta in utilitatibus seu fructibus sumetur incrementum, ad peticionem nostrorum fidelium civium comorancium in eadem ciuitate damus dicte ciuitati Sandecz et omnibus habitantibus in ea Siluam ultra Rither castrum sitam, secundum quod est plenarie distincta, dantes eis plenam et omnimodam libertatem in dicta silua ad excidenda omnia edifficia pro reformacione dicte

Ciuitatis Blancos domus construendos et alia omnia necessaria quibuscunque sunt indigentes vel in posterum possint indigere recipiant et reducant de eadem silua libere et quiete ita quod nullus Castellanus Burcrabius vel aliquis miles vel eciam simplex cuiuscunque sit condicionis in pretacta silua ciues seu homines nominate ciuitatis presumat molestare. In cuius rei testimonium et euidenciam maiorem presentem literam fieri et sigilli nostri munimine iussimus comuniri. Actum in Cracouia in die sanctorum martirum Marcelli et Marcelliani. Anno Domini Millesimo C°C°C° Tricessimo primo, presentibus Nobilibus viris domino Sbigneo Cancellario Cracouiensi per cuius manus est datum Petro venatore Gregorio vexillifero Cracouiensibus Ochone Cantore Sandomiriensi Arnoldo subthesaurario et aliis quam plurimis fide dignis.

bes pres

Pr. sup libertate Sulvo ultra Ritter

super libera incisione lignorum in Sylvis Rytro

Hedvigis (uxor quondam Vladislai Locticii) Regina Poloniae Nicolao advocato Sandecensi donat sylvam, facultatemque confert locandi ibidem villam Kamionka.

Sandeciae, anno 1336 die 4. mensis Februarii.

In Nomine Domini Amen.[1] ~~Cum ea quae geruntur... etc.~~ Ideo noverint universi, praesentes[2] etc. Quod nos Ingenua Hedvigis Dei gratia Regina Poloniae ... et Domina Sandecensis (cum) bona voluntate ac consensu nostri dilecti filii Casimiri Regis Poloniae, nec non de maturo consilio militum et Baronum nostrorum, Discreto viro Nicolao Advocato Sandecensi ~~et~~ ob fidelia servitia nobis impensa et adhuc in posterum impendenda, tradimus et donamus sylvam circa nigram Kem-

pniciam

Rkp 5329

ubi sunt tres rivuli fluentes, qui vulgariter Schernkempnitz nuncupantur, et ex eadem sylva eidem Nicolao Advocato Sandecensi concessimus et indulsimus villam jure Theutonico ac Meydeburgensi, centum mansos continentem, si tot vel pauciora ibidem fieri possunt, collocandam: Dantes etiam ei Nicolao praenominato in eadem scultetiam cum sex mansis liberis, tabernis, molendinis quaeque necessaria fuerint, super aquam ad eandem villam pertinentem, cum Banccis sutorum, carnificium et pistorum, quot ibi necessitas postulat et requirit, atque cum mellificiis, venationibus, piscinis et pratis, quae sunt in suis metis circumferentialiterque sita, et tertium Denarium de Judicio. Haec omnia memoratus Nycolaus Advocatus in praedicta villa libere obtinebit sibi et suis liberis,

116

Cum enim acta que de vera seu regali libertate ordinantur per mobilitatem temporis et defluxum ejusdem in oblivionem sepe transeant et mutentur necessarium esse dinoscitur ut firmo Karactere literali ac testimonio proborum virorum roborentur

2) et posteri ad quos presens scriptum fuerit divolutum ~~Quod no~~

3) ~~posteris~~ utilius et convenientius videbitur expedire. Ceterum que damus de nostra gratia speciali ac fauore omnibus ipsam incolentibus per spacium XX^ti annorum plenam et omnimodam libertatem facientes ipsos incolas durantibus annis libertatis ab omnibus exactionibus collectis penis solucionibus communibus seu specialibus liberos et penitus absolutos Et si quos protaxatus Nycolaus Advocatus in suos sex mansos liberos locaverit eidem ab omni solutione regali ac episcopali sunt exclusi; sed predicto Nycolao advocato post elapsam libertatem velud alii ibidem morentes censum soluent et soluere tenebuntur. Addicimus etiam in his scriptis de nostro fauore benigno quod quemcumque collocatorem prefatus Nycolaus advocatus sub nomine suo incolis assignaverit cum illo ipsi residenciam facient, non eum ad aliquam residenciam

ibidem compellentes. Ut autem de diversis libertatibus ibidem morantes possint gratulari concedimus eis in villa prehabita ecclesiam construendam ad quam duos mansos liberos et duos pro pascuis villanis assig= namus Et inter cetera ipsos eximimus quod coram nullo castellano nec palatino aliquid in suis causis arduis respondebunt nisi litera nostra citentur tunc . . . . . . jure) thē (theutonico?) ac meydeburgensi et non alio coram nobis placitabuntur. Volumus etēm ibidem elapsam libertatem post pt⁹ nostrum nuntium tribus iu- diciis generalibus in anno mittere quem muneribus & respi cient velud in aliis villis circumiacentibus est consonum et consuetum. Cum autem post cuncta pretaxata libertas annorum evanuerit tunc omnes incole ville prenomina- te singulis annis de quolibet manso nobis et nostre posteritati octo scotos solvent. de quibus sepedictus Nycolaus advocatus sextum denarium recipiet et sui legitimi successores. atque Episcopo annis cunctis de singulis laneis fertonem pro decimis monete usualis assignabunt. Volumus eciam ut antedictus Nycolaus advocatus propter donacionem hanc post evulsam libertatem ad expedicionem nobis et nostris posteris et in aliis serviciis serviet velud est mos scul- tetorum circumsedencium et sua posteritas ab ipso

legitime procreata. Ut autem hec nostra donacio de maturo consilio ac bona deliberacione habita donacionisque ptestacio presens robur obtineat valiturum presentes literas scribi et nostri sigilli munimine fecimus communiri Et ad evidens testimonium posterisque ad cautelam sub ~~[illegible]~~ nominatis hys testibus Domino Spycemiro castellano cracovien. atque Zbygneo cancellario cra- covien nec non ysic Keszric sū pincerna regine Nyco° lella potkunnrse et Styborio Jescorca cete- risque quam pluribus fide dignis notum (nocum) curie nos- tre. Datum in Sandecz per manus nostri scriptoris Johanis sub anno domini M° CCC° XXX° VI^to in die blasij aut secundo nonas februarij

Sznurek zielony i różowy przyszyć oderwana

1641 d. 26 Febr. Act. episcopat. Crac. insertum.

super locatione villa Kamionka ecclesiae et scultetiae

LXXVIIII Nro 9.

haeredibus seu successoribus, jure haereditario perpetuo valitura et ad usus ~~xxx~~ placitos convertenda[m], commutandam secundum quod ~~xxx~~ sibi et suis posteris [3] etc....

Concedimus eis in villa praehabita Ecclesiam construendam, ad quam ~~xxx~~ Testibus: Spicimiro Castellano Cracoviensi, Sbigneo Castellano Cracoviensi. Sbigneo Cancellario Cracoviensi. Datum per manus Joannis Scriptoris. Anno Domini MCCCXXXVI in die Blasii aut secundo Nonas Februarii, in Castro Sandecensi.

Hedvigis (uxor relicta Vladislai Locticii) regina Poloniae cives Neo-Sandecenses a solutione thelonei sandomiriensis liberat.

In Antiqua-Sandetz, anno 1337.

In nomine domini Amen. Quod regia auctoritas fieri decrevit ratum atque stabile perpetue debet permanere. Proinde Nos Hedvigis dei gracia regina Poloniae ob nostrae animae remedium et solamen cupientes nostris subditis consolationem seu beneficium exhibere Notum esse volumus universis et singulis tam praesentibus quam futuris tenorem praesentium audituris: Quod consideratis diligenter et inspectis fidelibus serviciis et obsequiis que nobis nostri fideles cives Sandecenses fideliter multipliciter ac constanter exhibuerunt nec non in posterum diligenti animo se offerunt gratuite impensuros. Ut merita meritorum vicissitudine se gaudeant repensari Eisdem civibus Sandecensibus quos morum probitas et obsequiorum fidelitas nobis gratos reddidit pariter et acceptos. damus tradimus et conferimus cum consensu siquidem Magnifici Principis domini Kazimiri illustris Regis Polonie nostri reverendi

Rkp 537

filii et dilecti a solutione thelonei Sandomiriensis in quocunque loco nostri Regni recipiatur tempore perpetuo omnimodam libertatem. In cuius rei testimonium et euidentiam pleniorem praesentes fieri iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum apud antiquam Sandecz Anno domini Millesimo C°C°C° X X X° septimo Praesentibus testibus domino Spicimiro castellano Sbys⁜cone cancellario et praeposito cracouiensi, Andrea dapifero Strezone procuratore nostro. Datum per manus fratris Bernhardi nostri confessoris.

(Orgginał na pergaminie – Pieczęci brak, tylko sznurek jedwabny pąsowy pozostał.)
(W archiwum miasta Nowego Sądcza)

Litera reginae Hed. matris Illustris princ. Kazimiri super libertate thelonei Sandomirien. de concesso ejusdem dni Kazim data

N° 10 LXXXVII

1337.

R. III nº 91
p. 205.

Dirsko canonicus cracoviensis decimas in villis Krzyszkowice et Mogilany monasterio szczyrzycensi cedit.

Cracoviae, anno 1339 die 8 mensis Octobris.

In nomine Domini Amen. Sub anno Nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo tricesimo nono, VIII Idus Octobris, hora V vesperum. In domo habitacionis Honorabilis viri Domini Nicolai Officialis Cracoviensis et Plebani ecclesie sancti Stephani in Cracovia, in stuba ipsius, in presencia mei notarij infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum. Veniens ad presenciam dicti Domini Officialis Cracoviensis Honorabilis vir Dominus Dierco Canonicus Cracoviensis ecclesie, non

Rkp 5378

coactus, non compulsus, sed de bona ac matura
deliberacione, habitoque consilio sapientum, ac
Venerabilis in Christo Patris et domini do-
mini Johannis divina et apostolice Sedis pro-
videncia Episcopi Cracoviensis, ut idem Dir-
zek asseruit, cessit liti publice, quam habuit
et movit Venerabili viro Domino Abbati
de Cziricz ac suo conventui pro decimas post
aratrum seu araturas agrorum ipsorum, ubi-
cunque araret proprio aratro vel aratris con-
vocatione kmetonum, quod dicitur Powaba vel
eciam Thlaca, et quicunque agri arantur pro
monasterio predicto, in villis dicti monasterii
in Crziskowicze et Mogilani, decimam ad Preben-
dam suam predictam Cracoviensem non perti-
nere, licet habeat decimam post kmethones
tunc temporis villarum predictarum, tamen (omni) cum
vit (sic) de jure et presertim ex consuetudine terre Cra-
coviensis, quod ubicunque aratur, pro monasterio

propriis sumptibus, Decima non pertinet nec
transit in Gonitwam sed pro monasterio eo-
dem [redacted]; unde cedo liti predicte et renuncio
omnibus excepcionibus iuris vel facti, et omni-
bus alijs innovacionibus seu allegacionibus quo-
modocunque, quocunque modo vel nomine cen-
seantur, et nolo contravenire pro me, vel per alium
vel alios contra premissa vel aliquod premis-
sorum, publice et occulte, super quibus omnibus
sic gestis ibidem astans Religiosus vir frater
dominus Johannes procurator dicti monasterii
petivit dictam cessionem litis in publicam for-
mam redigi. Actum et datum anno, mense,
loco et hora quibus supra. Presentibus Discre-
tis viris Dominis: Johane Plebano de Sece-
chowicz, Allexio vicario ecclesie Kathedralis Cra-
coviensis, Nicolao, Ermanno et Leonardo
vicariis ecclesie sancti Stephani, Petro vicario
de sancto Floriano, et Radmiro notario publi-
co, ac aliis multis. In cuius rei testimonium

predictus Dominus officialis duxit sigillum suum presentibus apponendum, ad evidenciam meliorem ac firmitatem pleniorem.

(Locus Sigilli)

Et ego Mathias quondam Voyslai de Svescoviz clericus cracoviensis dyoceseos publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis una cum prenunciatis testibus presens interfui, et ea in hanc publicam formam redegi, sigillumque meum consuetum apposui rogatus, in testimonium premissorum.

Kazimirus (Magnus) Rex Poloniae Antonio civi Sandecensi filio Joannis Divitis concedit facultatem locandi civitatem Grybów (Grynberk) jure teutonico.

R. III Nr 92
p. 207

Cracoviae, anno 1340 die 14 mensis Maji.

In nomine domini Amen. Cunctorum perit prolixitate temporum memoria factorum, nisi fuerint scriptura authentica et testimonio fide digno memoriae commendata. Hinc est quod nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae proventus Nostri Regni augmentare cupientes, et tempore insultus nostros pauperes saltem in tempore ab inimicis conservare, viro provido et honesto

Hańcom

Antonio civi Sandecensi, quondam filio Joannis divitis, locatori villarum super fluvium dictum Biala in vulgari, in se centum quinquaginta mansos franconicos continentium, intra limites villarum

jam dictarum, indulsimus et mandavimus civitatem jure Magdeburgensi facere et collocare, ratione cujus collocationis ob ipsius Antonii fidelia servitia, quae in hac locatione nobis impendit, non parcendo laboribus et expensis, in recompensam eorundem laborum et expensarum, jam dicto Antonio et per eum suis genitoribus atque veris heredibus in praedicta civitate, cujus nomen sit Grynberk, advocatiam cum pleno jure Magdeburgensi liberaliter condonamus; cui, inquam, advocatiae adjungimus quatuor mensos ex praedictis centum quinquaginta mansis, molendina quotquot construere poterit cum piscinis, stubam balnealem, una cum duabus cameris pannorum et institorum, macellis, mensis panum et sutorum mensis mactatorio quod kuttlow theutonice dicitur et nuncupatur, rota vel rotis pro pannis contundendis, etiam singulis utilitatibus, quas facere et excogitare poterit praedicto jure Magdeburgensi permittentes. Quae

omnia et singula debent esse libera et a qualibet pensione penitus absoluta. Et statuimus quod jam in dicta civitate die Sabbathi debeat esse Forum pro emptione et venditione omnium rerum hominibus, cujuscunque conditionis vel linguae fuerint et existant. Propterea volumus et statuimus ut nullus Palatinorum, Castellanorum et quilibet judicium Nostri Regni, nec cives nec villanos circum sedentes civitatem, pro quacunque causa seu causis debeat judicare, nisi advocatus supradictus et sui successores, et non alio jure, nisi Theutonico Magdeburgensi supradicto. Advocatus etiam supradictus et sui successores coram nullo judice, qui pro tempore fuerit, nullatenus respondebit, nisi tantum coram Nobis stabit, et non aliter de se querulantibus respondebit, nisi suo jure Theutonico Magdeburgensi. Et ut eandem civitatem melius idem Advocatus valeat

collocare, omnibus et singulis ipsam inhabi-
tantibus et villas circumsedentibus, a solutio-
ne census et a qualibet contributione, a data
praesentium per quindecim annos concedimus
omnimodam libertatem; qua expirante, de quo-
libet laneo per decem scotos monetae in regno
Nostro currentis, in festo beati Martini Nobis
solvere tenebuntur; pro Advocato et ejus heredibus
semper sexto denario census, et judicio pro
Nobis duobus Denariis, et advocato tertio reser-
vatis. Caeterum volumus et mandamus Ad-
vocato jam Dicto, ut pro pascendis pecoribus ex-
cipiat tot mansos, quot necesse fuerit et
consonum. Caeterum volumus ut Ecclesia ibi-
dem habeat duos mansos, quos liberos esse
volumus, nostrae salutis ob respectum et
progenitorum nostrorum. Jus patronatus pro
Nobis ac haeredibus Nostris reservamus. Pro-
mittimus ibidem praesenti Privilegio et
spondemus, quod cives ejusdem civitatis et
incolae

eidem civitati adjacentes, de praedictis man-
sis non solvent decimam manipularem nec
campestrem, sed de quolibet manso solvent mo-
netae usualis scotonem, praedicta duntaxat
libertate expirante. Praeterea volumus et sta-
tuimus, ut expirata jam Dicta libertate, ad-
vocatus memoratus et sui haeredes Nobis
et Nostris successoribus, ad quamlibet expedi-
tionem in defensionem Nostri Regni cum tri-
bus famulis, armis bellicis bene dispositis, quo-
modo necesse fuerit, paratus esse teneatur. I-
dem volumus et statuimus, ut cives jam Dic-
tae civitatis, una cum ipsorum Advocato, du-
rante praedicta libertate, a solutione theloniï
in Cracow et in Ryther ab equis et univer-
sis mercibus ineundo et redeundo, sint liberi
et penitus absoluti. In quorum omnium tes-
timonium et evidentiam firmiorem praesen-
tes dari fecimus, Nostri Sigilli munimine ro-
boratas. Actum Cracoviae in Octava beati Sta-
nislai

Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo. Praesentibus his: Spiczymierz Castellano. Mstygneo Palatino Cracoviensi, Henrico Succamerario, Wilczkone Subdapifero Sandomiriensi, Sbigneo Vicecancellario curiae Nostrae et Praeposito Sancti Michaëlis, et aliis multis fide dignis. Datum per manus Domini Sbignei Canonici et Praepositi Cracoviensis.

Casimirus Magnus Rex Poloniae cives Neo-Sandecenses a solutione theloneorum liberat facultatemque cum mercibus versus Russiam Hungariam, Austriam et Cracoviam transeundi permittit.

Cracoviae, anno 1345, die 9. mensis Maji.

In nomine domini Amen. Quod Regum maiestas pro subditorum utilitatibus fieri decrevit ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Proinde nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae notum esse volumus praesentibus et futuris praesentem paginam inspecturis, Quod considerantes cives nostros de Sandecz eo quod in dicta civitate nullas habent negotiationes esse nimium depauperatos cupientes ipsos per nostrae consolationis gratiosum beneficium in rebus ac bonis ipsorum aliqualiter recipere augumentum damus concedimus et conferimus propter ipsorum fidelia servitia quae nobis multipliciter constanter et fideliter exipuerunt et inposterum se offerunt gratuite inpensuros. viam de Sandecz versus Rusiam per Beycz Smigrod et Sanok aut ubicunque ducturis et utilius ipsis videbatur pro rebus et mercibus quibuslibet omnimodam transeundi et redeundi in Sandecz facultatem de ipsa vero

civitate Sandecz Ungariam Cracouiam, Haustriam vel ad quascumque partes cum eisdem rebus seu mercibus liberam habeant potestatem transeundi et ab eisdem civibus per praedictas vias transeuntibus nullum penitus theloneum exigatur quod nunquam ab antiquo est receptum, Isto tamen adiecto quod dicti cives Sandecenses cum rebus et mercibus ipsorum nullomodo res merces vel pecunias ducant alienas. In cuius rei testimonium nostrum sigillum duximus appendendum. Actum Cracouie in crastino beati Stanislaij Anno incarnationis Domini Millesimo ~~[illegible]~~ Trecentesimo quadragesimo quinto, praesentibus hijs testibus nostris baronibus Spicimiro cracoviensi, Andrea visliciensi, Johanne voynicensi Pelca sandecensi, Johanne dicto de Pilcia radomiensi castellanis et Johanne dicto Jura subcamerario cracoviensi et aliis multis. Datum per manus domini Sbigneij Cancellarii nostri

Sznurek paliowo-granatowy
pieczęci brak

Pr. super libertate viarum et theloneorum versus et per Russiam et aliis ubicumque locorum 1345.

No XXXXII N° 11

Kasimirus (Magnus) Rex Poloniae communitatem civium novae civitatis Muszyna assecurat, se in praejudicium eorum non conversurum viam ad alias civitates.

Cracoviae, s. a. (forsitan 1345 d. 30 Novembris) 1364

Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae fidelibus Advocato et Consulibus ac toti Communitati civium in Nova Civitate Muszyna gratiam suam regio cum favore. Ex informatione quorundam maleficorum estis omnes male et sinistre informati, taliter videlicet quod nos intenderemus iter seu viam vestram ad alias civitates convertere. Volumus nos non latere, quod hoc ipsum nunquam cogitavimus. Quare vobis Advocato et Consulibus ac toti Communitati promittimus perpetuis temporibus et spondemus vestram viam seu iter nequaquam alienare.

Rkp 5378

Caeterum vobis praecipimus, ut reparationi pontium intendatis vestro pro posse. Datum Cracoviae tertia feria infra Octavas beatae Catharinae

(Ex transumpto Vladislai Jagellonis Regis Polon. dato Cracoviae, Sabbato proximo post diem ad vincula S. Petri Apost. 1391. – Ex Archivo Capituli Cracov. – Copia in Thecis Naruszevicianis Tom VII, Nr. 52.)

Casimirus magnus rex Poloniae Theodorico filio Ditrici Szyja facultatem locandae jure theutonico civitatis Nowytarg confert.

Cracoviae, anno 1346 die 18 mensis Junii.

In nomine Domini Amen. Quod magnifica principum decrevit authoritas firmum et stabile perpetuo debet permanere. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae tenore praesentium quibus expedit memoriae commendamus, quod districtus nostri regni ac proventus cupientes augmentare, in quorum augmento laus nostra consistit honor et profectus: viro utique nobis utili et fideli Dytricho nomine filio quondam Dytrici nomine Szyia inter fluvios dictos Album et Nigrum civitatem jure theutonico Magdeburgensi indulsimus et mandavimus fieri

et locare, cujus civitatis nomen sit Novum Forum, Singulos et omnes mansos mensuratos mensura franconica numero centum quinquaginta, si tot plures vel pauciores esse poterint ex illis mansis, qui ad priorem civitatem et jam dictum Novum Forum et ad villam vocitatam Antiquum Theloneum ex privilegiis dudum pertinebant, eidem civitati adjungend. Ratione cujus locationis, quae exigit magnos labores, solicitudines et expensas eidem Theodorico in eadem nova civitate, quamvis in priori civitate advocatiam et in Antiquo Theloneo sculteciam habuerit ex superabundante advocatiam conferimus haereditarie sibi et suis legitimis successoribus perpetuoque valituram, octo laneos, omnes cameras pannorum, institarum, tabernas et omnes mensas panum et sutorum omnia macella carnium quotquot facere poterint ex utraque rippa supra et infra dictorum fluviorum in terminis dictorum laneorum, balneum et mactatorium quod Cutiloph vulgariter dicitur, molendina tot, quot facere poterit, civitatis sextum

denarium census de universis laneis, curiis et hortis et terno judicatuum, quinque denariis de praedictis laneis, hortis et curiis et duobus de judicio pro nobis reservatis, et omnes alios fructus et utilitates, qui inibi possunt inveniri, advocato memorato et ipsius haeredibus haereditarie et libere sint tenenda. Concedimus insuper liberam piscationem cum quibusvis retibus in fluminibus praedictis et venationem omnium ferarum quacunque arte intra metas eidem advocato et ipsius haeredibus memoratis, totique communitati civitatis praedictae sic, quod per nos et capitaneum, qui in parte nostra ibi pro tempore fuerit constitutus in his ullo tempore non debeant impedire. Damus insuper praedicto advocato nostro et ipsius haeredibus plenariam potestatem omnes cives et rusticos et quoslibet alios homines, qui de jure poterint judicare pertinentes ad civitatem jam dictam in omnibus causis magnis et parvis nulla prorsus excipienda judicandi et puniendi, prout dictum jus theutonicum Magdeburgense exigit et requirit: eximendo praedictum advocatum, cives et rusticos a judicio et jurisdictione omnium palatinorum, castellanorum et quorumlibet judicum,

ita quod coram ipsis respondere non teneantur. De quacunque tamen causa advocatus citatus nostra litera per adversarium tenetur in nostra curia respondere non alio jure nisi suo theutonico de se quaerulantibus. Item eidem advocato et suis successoribus totique communitati civitatis praedictae Novifori hanc gratiam conferimus specialem ut magis vigilet in locatione et promotione pro vigil. civitatis antedictae, quod ad expeditionem generalem bellicam, ad quam omnes advocatiae et civitates regni nostri tenentur ex consvetudine et de jure, minime teneantur. Hanc similiter eisdem advocato et civibus concedimus libertatem, quod expirata libertate a solutione thelonei Cracoviensis cum mercibus illorum sint liberi penitus et absoluti, qua libertate congaudent nostri cives Cracovienses et Sandecenses civitatum. Statuimus insuper quod libertate civitatis expirata de quolibet laneo festo sancti Martini octo scotos monetae usualis de praedictis laneis cives et cultores eorumdem laneorum, sexto laneo

semper curia et horto pro advocato reservatis quae curiae et horti medium scotum tantummodo solvant nobis et nostro nuntio quem tunc advocati ipsi in expensis procurabunt, solvere omnimode teneantur. Attribuimus insuper praedictae nostrae civitati semel in anno forum annuale videlicet in festo sanctae Catharinae Virginis intra spatium dierum octo, ad quod licitum sit omnibus transire sine qualibet theloneatoria solutione octo diebus libere forisando; cives quoque ejusdem civitatis a solutione thelonei cujusvis mercis sint liberi in eadem civitate et exempti. Attribuimus insuper ecclesiae duos mansos liberos in remedium nostrae salutis sempiternum. Et ut etiam dictus advocatus et cives ejusdem civitatis eo commodius et utilius pecora et pecudes et alias bestias, sine quibus esse non possunt, valeant conservare, pro pascuis et expulsione eorundem sex mansos illis liberos condonamus. Hanc similiter iisdem advocatis condonamus libertatem, quod si opus fuerit et necesse advocatiam eandem cum omnibus juribus vendere, commutare et in aliam personam transferre libere

poterint nostro tamen consensu ad hoc requisito primitus et obtento. Et ut haec omnia et singula firmiter et memoriter teneantur, in quorum omnium praemissorum fidem praesentes subscribi mandavimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Cracoviae anno Incarnationis Dominicae Millesimo Trecentesimo quadragesimo sexto, in octava Sanctissimae et individuae Trinitatis; Praesentibus his testibus comite Spicimiro cracoviensi, Petro Nosal dicto sandomiriensi, domino Sbigneo nostro cancellario cracoviensi et Andrea venatore cracoviensi, Alberto advocato Bochensi. Datum per manus domini Sbignei praepositi Sancti Michaelis et vicecancellarii curiae nostrae.

(Ex transsumpto Sigismundi III dat. Cracoviae d. 3 Martii 1603, oblat. in castro cracov. fer. 5a ipso die Praesentat. B. Mariae 1748 Libr. Relat. Tom. 178. pag. 3567 – 3573 No 1116)

Dionisius abbas conventus szczyrzyciensis ordinis cisterciensis notificat licentiam Bodzantae Jankowski episcopi cracoviensis concessam incolis villarum Ludzimierz et Krauszow audiendi divina officia et percipiendi sacramenta in ecclesia villae Krauszow.

In Szczyrzyc, anno 1353, die 25 mensis Martii.

In nomine Domini. Amen. Noverint universi praesentem literam inspecturi: Quod nos frater Dyonisius Abbas et conventus monasterii de Cyrzicz ordinis cysterciensis cracoviensis diocesis: Cupientes incolis villarum nostrarum in Ludymir et in Grabszhow degentium de remedio salutis animarum et comodo etiam temporali, providere qui propter frequentes inundationes aquarum et distantiam loci ecclesiam parochyalem de Novoforo ad audienda divina officia et suscipienda ecclesiastica sacramenta non poterant comode visitare, supplicavimus reverendo in Christo patri domino Bodzathe dei et apostolicae sedis providentia episcopo cracoviensi . . . .

Datum in Cyrzicz in die Annunciationis Beatae Mariae
Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio....

(Oryginał na pergaminie z dwoma pieczęciami wyciśniętemi na wosku czerwonym wiszącemi na niciannych fioletowych wiązkach. — Pierwsza owalna pieczęć opata stojącego bez infuły z pastorałem i błogosławiącą ręką przedstawiająca ma napis w około: S. fris. dyonisii. abatis. d: ciricz. — Druga pieczęć okrągła wyobraża N. P. Maryję siedzącą trzymającą w prawej ręce liliję w lewej zaś dziecinę obok niej stojącą na temże siedzeniu. Napis dokoła: + S* conventvs. de. czirzicz * — W archiwum Kapituły katedr. Krakow. N[ro] 131)

Casimirus (Magnus) Rex Poloniae quatuor mansos ante civitatem Neo-Sandeciam situatos Joanni Stojan et Nicolao filio Ziffridi civibus sandecensiblis vendit.

Sandeciae, anno 1353 die 27 mensis Aprilis.

Universis et singulis ad quorum notitiam devenerit scriptum praesens fiat manifestum: Quod nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae nec non Cracoviae, Sandomiriae Siradiae, Lanciciae Cujaviae Pomeraniaeque terrarum dominus et haeres, propter necessitates varias nobis et nostro regno plerumque occurrentes, quatuor mansos liberos, prout soli tenuimus, situatos ante civitatem Sandecensem circa fluvium Kamieniza dictum, viris discretis civibus Sandecensibus nostris fidelibus Johanni dicto Stoyan et Nicolao filio Ziffridi ac Hanconi genero ejusdem Siffridi pro sedecim marcis grossorum pragensium, quadraginta octo grossis pro marca qualibet computatis, vendidimus et vendendos duximus in his scriptis eisdem Johanni dicto Stoyan et Nicolao Ziffridi ac Hanconi genero ipsius Ziffridi, eorumque haeredibus et successoribus legitimis jure haereditario in perpetuum tenendos, habendos, donandos, vendendos, commutandos ac pro sua et suorum posterorum voluntate convertendos. Quorum quidem mansorum duo mansi ad Johannem dictum Stoyan et ad suos haeredes, tertius mansus ad Nicolaum Ziffridi

quartus vero mansus ad Hanconem generum ipsius Ziffridi, praedictos et ad eorum posteros jure haereditario et in perpetuum debeant pertinere. Praeterea absolvimus eosdem mansos et eorum omnes possessores praesentes et posteros ab omnibus nostris regalibus solutionibus, exactionibus, collectis, servitutibus, gravaminibus, inquietationibus, a hiberna seu Lobor et expresse a solutione census, nostro Dominio pertinentis et ab omnibus aliis contributionibus quocunque nomine censeantur, ac perpetuo liberamus. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem praesentes dari fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum in Sandecz Sabbatho ante Ascensionem Domini Anno ejusdem Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo tertio. Praesentibus his testibus Johanne Sura palatino Sandomiriensi, Zbigneo decano et cancellario Cracoviensi, Wilczkone Sandomiriensi, Johanne Woyniciensi castellanis, Pribislao plebano Sandecensi et notario curiae nostrae, per cujus manus est scriptum. Datum per manus domini Zbignei cancellarii supradicti

(Oryginał pergaminowy, pieczęć oderwana – pozostał tylko z niej sznurek z nici jedwabnych zielonych. – W zbiorach Wiktora hr. Baworowskiego. – Druk. w Prochaska Ant.: Materyały archiwalne wyjęte głównie z Metryki litewskiej. Lwów 1890. 8vo str. 1, Nr 2.)

p. 115

Donatio super 4 mansos civibus jure haereditario

Casimirus (Magnus) rex Poloniae venditionem trium macellorum in civitate Nova-Sandecia per Nicolaum et Georgium advocatos consulibus neosandecensibus approbat.

Neo-Sandeciae, anno 1354, die 23 mensis Junii.

Nos Kasimirus dei gracia Rex Polonie significamus quibus expedit universis Quod in nostri nostrorumque Baronum presencia fideles nostri dilecti Nicolaus et Jeorgius Advocati Nowe Sandetz et (tá) tria macella cum dimidio cum omnimoda libertate et dominio proventibus censibus sicuti ipsi ea atten9 (citterius?) possiderunt fidelibus dilectis nostris Consulibus Sandecensibus et eorum successoribus vendiderunt et predicto iure libertatis vendendi pacifice possidendi donandi resignaverunt. Hoc adiecto si idem consules predicta macella et que antea possidebant et que in futurum emere sperant vendere spontanee voluerint. Extunc predicti Advocati sunt viciniores iuxta valorem emendi viceversa aput predictos consules aut eorum legittimos successores cōsitem huic litere Advocatis supra=

dictis dari fecimus propter memoriale futurorum. In
cuius rei euidenciam sigillum nostrum duximus ap=
pendendum. Datum Sandecz In vigilia beati Johan=
nis ~~bap~~ baptiste Anno domini Millesimo tricente=
simo quinquagesimo quarto. Presentibus hijs testi=
bus Petro Nossal cancellario sandecensi domino
Petro cancellario Cujawiensij Clemente gladifero Cra=
cowiensij et aliis pluribus fide dignis.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią
małą czerwoną woskową w puszce
woskowej żółtej wiszącą na ama=
rantowym jedwabnym sznurku.
Na pieczęci wielkości pięciozło=
tówki Orzeł piastowski w Koronie
z napisem dokoła antykwą: S. Kazi=
miri di gra reg. poloie.)

VI. D

Wydzga castellanus sandecensis notificat, cives Neo-Sandecenses ligna ducentes ~~eccete~~ a solutione thelonei in Ryter vigore privilegii regii liberos ~~factos~~ esse.

Neo-Sandeciae, Anno 1356, die 21 mensis Aprilis.

Nos Wydzga castellanus Sandaczensis. Ad universorum quibus expedit notitiam deducimus per praesentes Quod honorabiles viri Paulus Advocatus Jacobus Heynoldi Heynusous Longus, Jordanus Guntheri, Hermannus Syffridi Conczelmus niger Jacobus scultetus de Smylna Consules Sandaczenses ad nostram venientes praesentiam privilegio ~~ad~~ autentico ipsis a Magnifico principe domino nostro Kazymiro illustri Rege Poloniae dato coram nobis manifeste et efficaciter ostenderunt. propter multifariorum fidelium suorum servitorum merita cives dictae civitatis Sandacz pariter et alios homines undecunque vel cuiuscunque condicionis fuerint ad dictam civitatem Sandacz, ligna pro structura domorum, crematione ignium, seu quavis alia utilitate ducentes, a solutione theloneij, in Rithijr solutos esse perpetue et exemptos. Volentes igitur ea quae per serenissimum dominum nostrum Regem supra dictum

de gratia speciali et favore concessa sunt non infringere sed potius ut bn̄ (bonis) decet satius (durius?) et inviolabiliter observare, eosdem cives vel etiam undecunque aut cuiuscunque conditionis fuerint homines prout a benignitate illustris Regis liberi dimissi sunt sic etiam ipsos solutos perpetue dimitteremus omnimode et exemptos. In cuius rei testimonium praesentes fieri et sigilli nostri munimine fecimus comuniri. Actum et datum in supradicta civitate Noua Sandacz, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo sexto in magna feria quinta Praesentibus hijs testibus videlicet Jeskone Gladissio procuratore Sandacensi et Consulibus pscriptis nec non Petro de Ylkus protunc Notario civitatis ejusdem, et aliis quam pluribus fide dignis

(Oryginał na pergaminie – pieczęci brak tylko taśma pergaminowa pozostała. – Warchiwum miasta Nowego-Sącza)

Libertas in castro Ritteraroboribus – Castellan Sand 1356

N° 13 LXVIII

Constantia (relicta vidua Premislai ducis glogoviensis) abatissa monasterii Vetero-Sandecensis ordinis S. Clarae, Paulo Petro et Johanni fratribus sculte-tis, sculletiam in villa Zabrzezie vendit.

(córka Bernarda xia świdnick. żona Przemysława xia głogow który † 1329)

(Vetero-Sandecii) Anno 1358, die 18 mensis Januarii.

In nomine domini amen. Quoniam quantumcunque acta racionabiliter et publice fuerint ordinata, ex memoria excedunt prolixi temporis intervallo, nisi literarum serie fuerint roborata: Ea propter noverint universi presentes et posteri, Quod nos Constancia olim ducissa Glogoviensis, nunc vero abatissa cenobij Sandecensis Ordinis sancte Clare, cum assensu et consilio sororum nostri Conventus, cupientes nostri monasterij indigencijs et comodioribus hereditatum nostrarum prouentibus subvenire, Circumspectis viris Paulo cum fratribus suis Petro et Johanne sculteciam vendidimus pro decem marcis grossorum pragensium in villa nostra Zabrzesze vulgariter dicta. Ad quam Sculteciam eisdem et posteris ipsorum molendinum aquaticum in fluuio Kamyenycza situm, penes domum locatum, damus. Pro emendacione que dicte Scultecie addidimus eis secundam villam Boczow vulgariter

dictam cum liberis agris, quos antecessores ipsorum
Sculteti possederunt, et liberam tabernam tali da=
mus sub forma, Quod incole dictarum villarum de quo=
libet agro more antiquo censum in festo Beati Mar=
tini per singulos annos monasterio nostro persolue=
re tenebuntur, quem sculteti prenotati colligentes
nobis quinque partibus presentatis, sextam partem
pro se ipsi sculteti et eorum legittimi successores ju=
re hereditario possidebunt. Insuper consideratis ip=
sorum fidelibus servicijs, videlicet Pauli, Petri et
Joannis nostrorum scultetorum, et quod tam in mo=
dica scultecia sustentari non poterant, addidimus eis
terciam villam, quam apud dominum Sobchonem
pro duabus marcis emerunt videlicet Bijnijowa
lanktha eciam sub tuicione nostri monastery, cum
dimidio manso libero, dudum exstirpato et taber=
na libera. Et in silva ibidem prope villam jacen=
te, habent alium dimidium laneum exstirpare
pro se et eorum tota posteritate et sic habebunt
integraliter unum mansum liberum, In qua ecciam
silva locabunt villam suo iure Theutunico Magd=
burgensi, et efficientur in ea perpetuo scultecie posse=
ssores cum eorum vniversa posteritate Cuius silve
termini sunt ex vna parte vsque in Sloczwynam
paprocz, Jaworowy pothok, Corzysczyn laz, qui per=
tinet ad libertatem, et siccus fagus. Item ex altera
parte versus Zagorzyno dicta Wijrzchowyna, Item
fons inter Czyrnczam dictus Miloshowa studnya.

Incole vero eiusdem libertatis a data presencium quin=
que annis gaudebunt libertate; Expirata vero libertate
coloni ipsius ville in festo Beati Martini de quoli=
bet manso per octo scottos de censu monete vsualis, no=
bis soluere tenebuntur, De quo censu Scultetus sextam
partem percipiet cum ipsius legittima posteritate. Om=
nes eciam incole de agris dudum cultis censum monas=
terio nostro soluant ex integro. Decimam autem pro
nostro monasterio totaliter volumus retinere. Ad ex=
pedicionem itaque domini Regis Scultetus debet unum
hominem procurare aut solus in persona equitare, quam=
vis de scultecia exili. Volumus eciam vt omnes kmetho=
nes et inhabitatores villarum prescriptarum nullus
habeat nec audeat judicare, nisi ipse Scultetus suo
jure Maydburgensi, eiusque legittimi successores In
omnibus causis enormibus facilibus et difficilibus,
que in ipsis emerserint hereditatibus. Maleficia vero
et quivis ob culpam sui reatus, prout jus Maydbur=
gense decreuit, in terminis eiusdem predij puniantur.
De penis denique iudiciarijs siue questibus nobis duo
denarij, tercius vero ad Scultetos et eorum successores
pertinebit. Judicia itaque magna, que ter in anno per
prouinciales iudices solent presideri, ville nostro nun=
cio ad hoc deputato scultetus non judicet. Quem
nuncium Scultetus semel, incole vero dictarum villa=
rum bis in expensis procurare tenebuntur. Si quis au=
tem ipsum Scultetum uel ipsius posteros ob aliquam cau=
sam cittare voluerit, Nostris litteris sigillatis ipsum
evocabit, Qui suis aduersarijs suo jure Theutunico res=

pondebit. Quocirca volumus ut omnes incole villarum sepius dictarum expirata libertate ad servicia nostra sint parati, juxta consuetudinem villarum nostrarum jure Theutunico locatarum. Honores vero et exenia more aliarum villarum nostrarum bis in anno de quolibet manso per scottum exhibere tenebuntur. Conferimus preterea nostro Sculteto prelibato cum fratribus suis Petro et Johanne in hisdem hereditatibus prefatis venandi, piscandi cum quouis instrumento plenam ac omnimodam libertatem. Damus igitur sculteciam prenominatam sculteto nostro sepiusdicto Paulo cum fratribus Petro et Johanne in villis supranotatis cum omni jure Maydeburgensi, et cum omnibus gadibus et circumferencijs ab antiquis temporibus habitis, eorumque posteritati libere possidendam, vendendam, commutandam, donandam et ut libet a se alienandam de nostro ~~tuo~~ amen scitu et fauore. Vt autem hec vendicio et empcio perpetue robur obtineat firmitatis hanc litteram sigillo nostri Conuentus et sigillo nostri officij duximus roborandam. Acta sunt hec anno domini M°CCC°l viij° In die sancte Prisce. Presentibus testibus infrascriptis scilicet fratre Laurencio nostro Confessore, fratre Theodrico socio ipsius, Domino Sebastiano nostre ciuitatis Sandeciensis, domino Andrea rectore ecclesie de Lanczsco, Nobili domino Gregorio nostro procuratore et domino Johanne Gladissio domini Regis viceprocuratore, eciam Consulibus nostre ciuitatis Jacobo dicto Czolcitz, et Petro Dobeslais et alijs quam pluribus viris fide dignis, Datum per manus Nicolai Notarii nostre Ciuitatis.

(Ex archetypo pergameneo in bibliotheca Gvalberti Pawlikowski afservato; duo sigilla sunt avulsa) /: druk. w Prochaska Ant.: Materyały archiwalne wyjęte głównie z Metryki litewskiej. Lwów 1890. 8° str. 2–3, n° 3. :/

R. III n° 119
p. 253 et
R. III n° 217
pag. 427

Casimirus Magnus rex Poloniae cives de Antiqua Sandecz a judiciis juris polonici eximit.

Sandeciae, anno 13~~48~~58 die 7 mensis Junii.

(Cum confirmatione Wladislai Jagiellonis regis data in Korczyn a. 1415 et Casimiri Jagiellonidis data Cracoviae a. 1461 d. 23 Junii.)

In nomine Domini Amen. Ne gesta hominum sub tempore versantia oblivio secum rapiat, sagax regum et principum providentia constituit ea literarum apicibus annotationeque testium perhennare. Ad perpetuam igitur rei memoriam Nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae nec non Cracoviae, Sandomiriae Siradiae, Lanciciae, Cuyaviae, Magnus Dux Lythvaniae, Russiae, Prussiaeque, nec non Culmensis, Elbingensis, Lomgsbergensis et Pomeraniae

terrarum haeres et dominus Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris: Quomodo oblata Majestati nostrae petitio pro parte circumspectorum opidanorum de Antiqua Sandecz fidelium nostrorum dilectorum continebat, quatenus de innata benignitatis nostrae clementia eisdem literas privilegiales per praedecessores nostros largitas et demum confirmatas et approbatas, favorose confirmare, approbare, renovare et ratificare dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor sequitur in hunc modum:

In nomine Domini Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Quamvis regiae dignitatis sublimitas ex assumpto officio quodam debito singulari teneatur suorum intendere commodis subditorum, illorum tamen magis fatetur se debitricem, quos mundi cernit deserere delicias, et ad laudes Salvatoris mentes dignae contemplationis studiis elevare. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithuaniaeque princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres, Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris notitiam praesentium habituris: Quomodo providi fideles nostri dilecti consules civitatis Antiquae Sandecz ad nostrae celsitudinis venientes praesentiam, nobis literas divae memoriae domini Kazimiri regis Poloniae praedecessoris nostri in pergameno scriptas, sigilloque ipsius Majestatis dependenti consignatas et pro parte religiosarum sororum sanctimonialium abbatissae et conventus monasterii in Antiqua Sandecz devotarum nostrarum super quadam praerogativa juris theutunici et libertatem per ipsum dominum Kazimirum regem ipsis facta et concessa, exhibuerunt et demonstrarunt coram nobis, supplicantes culmini nostro regio humiliter et attente, ut easdem literas approbare, ratificare et confirmare de innatae nobis benignitatis clementia dignaremur. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in haec verba.

In nomine Domini Amen. Quod magnifica regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile perpetuo debet permanere. Proinde Nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres, Notitiae universorum tam praesentium quam futurorum praesentibus declaramus, Quod serenissima princeps neptis nostra carissima domina Constancia olim ducissa Glogoviensis, pro nunc vero devota Christi ancilla, soror ordinis Sanctae Clarae, abbatissaque sanctimonialium coenobii Sandecensis nostrae regiae celsitudini humiliter supplicavit, ne homines ipsorum, videlicet cives de Antiqua Sandecz ad judicia castellanorum traherentur ad judicandum, et ut suo jure theutonico, super quo sunt per ipsam ac per totum conventum fundati et firmiter radicati, ipso jure in pace frui permitterentur. Nos itaque petitioni ejus in hac parte acquiescentes, supradictos cives ab omnibus juris jurisdictionibus palatinorum,

córka Bernarda xięcia świdnick. i Kunegundy Łokietkowny wdowa po Przemysławie xięciu głogowsk.

castellanorum, judicum, subjudicum, officialium, ministerialium, justitiariorum nostri regni et a quibusvis angariis et praeangariis polonicalibus, quocunque nomine censeantur, ipsos omnino facimus fore absolutos, liberos, immunes et exemptos, ita ut coram eis aut aliquo eorum minime debeant respondere in causis tam parvis, quam magnis capitalibus, criminalibus, puta: furti, sangvinis, homicidii, incendii, sacrilegii ac aliis quibuscunque, sed tantummodo unus quisque eorum coram suo advocato omnibus de se querulantibus suo jure theutunico respondebit, et ibi unus quisque, prout demeruerit, audacter puniatur. Insuper quia corpus matris nostrae diligendae (ibidem) requiescit, unde ut animam ejus eo diligentius in memoria habeant, nos de nostra regia benignitate in recompensam hujus civitati ipsarum gratanter volumus subvenire tali sub favore; quod quicunque ex civibus praefatae civitatis ad terram Lipsensem sal ducere

volueript, illis omnibus et cuilibet ipsorum in Zuppis nostris videlicet Welyczka et in Bochna unumquemlibet centenarium salis per quatuor grossos monetae usualis dari assignamus, Zuppariis nostris qui pro nunc sunt aut qui pro tempore fuerint, firmiter injungentes, unumquemque hoc perpetuo inviolabiliter observari. Et in robur perpetuae firmitatis hujus nostrae donationis praesentes, sigilli nostri appensione duximus roborare. Actum in Sandecz, feria quinta, in octava Corporis Christi, Anno Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo octavo, Praesentibus hiis testibus, Petro tribuno cracoviensi, Vidzga capitaneo sandomiriensi, Wyrzbantha de Maloschow, Mroczkone de Sandzischowycze, Jaschkone de Rudno haeredibus et Johanne dicto Gladisch nostro vice procuratore sandecensi. Datum per manus domini Johannis cancellarii nostri.

zakglie Miechowa Szlachta

Kazimirus (Magnus) Rex Poloniae cives de Antiqua Sandecz a jure polonico liberat, facultatemque emendi salis in Wieliczka et Bochnia concedit.

Sandecz, anno 1358 die 7. mensis Junii

In nomine domini Amen. Ne gesta hominum sub tempore versancia oblivio secum rapiat, sagax Regum et Principum providencia constituit ea literarum apicibus annotacioneque testium perhennare. Ad perpetuam igitur rei memoriam, Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussieque, nec non Culmensis, Elbingensis, Konigsbergensis (!?) et Pomeranie Terrarum heres et dominus. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quomodo oblata Majestati nostre peticio pro parte circumspectorum Opidanorum de antiqua Sandecz fidelium nostrorum dilectorum continebat, quatenus de innata

benignitatis nostre clemencia, eisdem literas privilegiales per predecessores nostros largitas et demum confirmatas et approbatas, favorose confirmare, approbare, renovare et approbatas ratificare dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor sequitur in hunc modum: In nomine Domini Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Quamvis Regie dignitatis sublimitas ex assumpto officio quodam, debito singulari teneatur suorum intendere comodis subditorum, illorum tamen magis fatetur se debitricem, quos mundi cernit deserere delicias, et ad laudes salvatoris mentes digne contemplacionis studijs elevare. Proinde Nos Vladislaus Dei gracia Rex Polonie, nec non Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Lithuanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres. Significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris, noticiam presencium habituris: Quomodo providi fideles nostri dilecti Consules Civitatis antique Sandecz ad nostre celsitudinis

venientes presenciam, nobis literas dive memorie domini Kazimiri Regis Polonie predecessoris nostri in pergameno scriptas, sigilloque ipsius Majestatis dependenti consignate, et pro parte religiosarum Sororum Sanctimonialium Abbatisse et Conventus monasterii in antiqua Sandecz devotarum nostrarum, super quadam prerogativa Iuris Theutunici et libertatem per ipsum dominum Kazimirum Regem ipsis facta et concessa, exhibuerunt et demonstrarunt coram nobis, supplicantes culmini nostro Regio humiliter et attente, ut easdem literas approbare, ratificare et confirmare de innata nobis benignitatis clemencia dignaremur. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba: In nomine Domini Amen. Quod magnifica Regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile perpetuo debet permanere: Proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, nec non Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranie Russieque dominus et heres, Noticie universorum tam presencium quam futurorum presentibus

declaramus: Quod serenissima princeps neptis nostra carissima domina Constancia olim ducissa Glogoviensis pronunc vero devota Christi ancilla Soror Ordinis sancte Clare, Abbatisaque sanctimonialium Cenobij Sandecensis nostre Regie Celsitudini humiliter supplicavit, ne homines ipsarum, videlicet Cives de antiqua Sandecz ad Judicia Castellanorum traherentur ad iudicandum, et ut suo Jure Theutonico super quo sunt per ipsam ac per dictum Conventum fundati et firmiter radicati, ipso iure in pace frui permitterentur. Nos itaque peticioni eius in hac parte acquiescentes supradictos cives ab omnibus iurisdictionibus Palatinorum, Castellanorum, Judicum, Subiudicum, Officialium, Ministerialium, Justiciariorum nostri Regni, et a quibusvis angariis et preangariis [illegible] Polonicalibus, quocumque nomine censeantur, ipsos omnino facimus absolutos ac liberos, immunes et exemptos, ita ut coram eis aut aliquo eorum minime debeant respondere. In causis autem tam parvis quam magnis, Capitalibus, Criminalibus, puta: furti, sanguinis, homicidij, incendij, sacrilegij ac alijs quibuscunque, sed tantummodo unusquisque eorum coram suo Advocato omnibus de se querulantibus

suo Jure Theutonico respondebit. Et ibi unusquisque reus prout demeruerit, audacter puniatur. Insuper quia corpus matris nostre diligende ibidem requiescit, unde ut animam eius eo diligencius in memoria habeant, Nos de nostra Regia benignitate in recompensam huius, Civitati ipsarum gratanter volumus subvenire tali sub favore: Quod quicunque ex Civibus prefate Civitatis ad Terram Lipsiensem sal ducere voluerint, illis omnibus et cuilibet ipsorum in Suppis nostris, videlicet in Vyeliczka et in Bochna unumquemlibet Centenarium salis per quatuor grossos monete usualis dari assignamus Supparijs nostris, qui pronunc sunt, aut qui pro tempore fuerint, firmiter iniungentes hoc perpetuo inviolabiliter observari. Et in robur perpetue firmitatis huius nostre donacionis presentes sigilli nostri appensione duximus roborari. Actum in Sandecz feria quinta in Octava corporis Christi. Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo. Praesentibus his testibus: Petro Tribuno Cracov. Wyczga Capitaneo Sandecz. Wyrzbyanta de Maloszow, Mrowkone de Sandziwijcz

Jaszkone de Rudno heredibus, et Johanne dicto
Gladysz nostro Viceprocuratore Sandecensi. Datum
per manus domini Johannis Cancellarij nostri. Nos
itaque Wladislaus Rex prefatus supplicacionibus no-
bis per prefatos Consules ex parte earundem soro-
rum Abbatisse et Sanctimonialium Conventus Mo-
nasterij in Antiqua Sandecz oblatis annuentes, pre-
fatas literas domini Kazimiri Regis predecessoris
nostri ratas habentes atque gratas, approbamus, ra-
tificamus, et presentis scripti patrocinio confirmamus,
decernentes ipsas in omnibus ipsarum punctis,
articulis, conditionibus, clausulis, sentenciis obtinere
robur perpetue firmitatis. Harum quibus sigillum
nostrum appensum est testimonio literarum. Actum
in Novacivitate Corczin feria tertia in crastino be-
ate Katherine virginis. Anno domini Millesi-
mo Quadringentesimo quintodecimo, presentibus Nobi-
libus Strenuisque viris: Cristino de Ostrow, Castel-
lano et Capitaneo, Johanne de Tarnow Palatino Cra-
covien., Michaele de Bogumilowicze Castellano San-
domirien., Paschcone de Bogumilowicze Cracoviensi et Ni-
colao Cztan Sandomiriensi militibus nostris fideli-
bus

fide dignis. Datum per manus Reverendi in
Christo patris domini Alberti *) Episcopi Cracovien. Can-
cellarij et Venerabilis domini Donyn Decani Cracovien.
vicecancellarij Regni nostri Polonie, nobis sincere dilec-
torum. [Relatio eiusdem domini Alberti Epi Cracovien. Regni Polonie Cancellarij. **)] Nos igitur prefatus Kazimirus Rex annuentes
huiusmodi peticioni iuste et honeste, literas privile-
giales presentibus introscriptas, in omnibus suis
punctis, articulis, conditionibus et clausulis generose
approbamus, innovamus, gratificamus, ratifica-
mus et confirmamus tenore presencium mediante,
perpetuo et in evum. Articulum vero in litera Ori-
ginali, presentibus inserta, contentum, de salis Cente-
nariorum empcione in Zuppis nostris Velicziensi-
bus aut Bochnensibus per prefatos Opidanos de an-
tiqua Sandecz fienda, ita moderamus, decla-
ramus et presentibus decernimus perpetuo observan-
dum: Quod Zupparij nostri Bochnenses et Wyeli-
cienses moderni et qui pro tempore fuerint, preliba-
tis Opidanis de antiqua Sandecz quatuor Centena-
rios salis, quod in Terram Lipsiensem ducere et vehe-
re voluerint, pro uno floreno Hungaricali tociens
quociens opus fuerit, dabunt, extradent et consigna-
bunt

*) In confirmatione regis Casimiri „Johannis"
**) Desunt in Confirmatione Regis Casimiri.

comodo, ordine et posicione, quemadmodum et incolis
seu vectoribus de terra prefata Cipsiensi, dicti Cen-
tenarij Salis in Zuppis nostris prefatis vendendi
et dandi sunt soliti et consueti. In quorum
fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus
est subappensum. Actum Cracovie feria secunda an-
te festum Sancti Johannis Baptiste proxima. Anno
Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo pri-
mo. Presentibus Reverendis patribus et dominis, nec-
non Magnificis et Generosis: Johanne Episcopo Wla-
dislaviensi Cancellario, Johanne de Brzesze Utriusque
Juris doctore Electo Ecclesie Cracoviensis Vicecancellario
Regni Polonie, Andrea Odrowansz de Sprowa Pala-
tino Leopoliensi et Capitaneo Russie, Stanislao de Cho-
tcze Castellano Leopolien. et Capitaneo Haliciensi, Ni-
colao de Brzesze Marschalco Regni Polonie, Jacobo
de Dambno vicethezaurario Regni Polonie, Nicolao Py-
enaszek de Wyttowicze Succamerario et Capitaneo
Cracoviensi, Nicolao Bedzrath Curie nostre Marscha-
lco ac alijs quam pluribus testibus circa premissa.
Datum per manus eorundem Patrum Dominorum
Johannis Episcopi Wladislavien. Cancellarii, Ioannis de
Brzesze utriusque iuris doctoris Electi Ecclesie Cracov.
vicecancellarij Regni Polonie nobis sincere dilectorum.

Nos itaque Wladislaus rex praefatus supplicationibus nobis per praefatos consules ex parte earundem sororum abbatissae et sanctimonialium conventus monasterii in Antiqua Sandecz oblatis annuentes, prefatas literas domini Karimiri

Wydzga capitaneus sandecensis recognoscit, moniales veterosandecensis monasterii cum quodam Letka ratione permissionis ducendae aquae ad molendinum iniisse.

Sandeciae, anno 1358 die 12 mensis Septembris.

Nos Vidzga capitaneus terre Sandeczensis pro=
testamur literis nostris omnibus has literas in=
spicientibus: Quod aqua inter gades domini
Lelcze transeat libere et secure super molendinum
sororum de Antiqua Sandecz et hoc per acquisicio=
nem Gregorij procuratoris, Que causa finita est
in Cracouia coram domino rege et hoc testibus
subsequentibus scilicet domino [illegible] [illegible]=
[illegible] Jascone Voyniczensi et domino Andrea
subcamerario et domino Dobeslao Visliczensi
et domino Stascone de Malogocz et domino An=
drea de Waurowicz judice Cracouiensi et me
Vidzga capitaneo Sandeczensi, quia ante me causa

circa dominum regem finita est. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus appendendum. Actum et datum in Sandecz feria quarta post dominicam Miserere mihi qua cantatur. Sub anno Nativitatis Domini M. CCC. L. VIII°.

(Oryginał na pergaminie; pieczęć na taśmie pergaminowej wisząca, urwana)

D. G. L. 1852 N° 44.

Casimirus Magnus Rex poloniae Nicolao de Mestza confert facultatem jure teutonico locandi villam Ptaszkowa.

Cracoviae, anno 1359 die 22. mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Quod magnifica Regum fieri decrevit Authoritas, ratum atque stabile apud posteros non immutatum debet praemanere: Igitur Nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae nec non Russiae, Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae Cujaviae, Pomeraniaeque Dominus et Heres. ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam volumus devenire, quod cupientes regnum Nostrum per estirpationem nemorum majoribus profectibus reformare, quam ex descriptis locis

modernis percipere sive habere possumus et consequi; ideo discreto Domino Nicolao de Mestra, suisque heredibus ac legitimis successoribus, ad locandam novam villam, quae suo nomine dici debet Mestra, jure Theutonico, quod Magdeburgicum dicitur, viginti et unum mansos franconicos de agris, mericis atque silvis estirpandis circa fluvium dictum Płaków, damus praesentibus et donamus, conferentes sibi et suis haeredibus scultetiam ibidem in Mestra perpetuo habendam, possidendam ac vendendam, cum pertinentibus ac juribus infrascriptis, videlicet: quod de praedictis mansis, duo mansi liberi, taberna, molendinum, piscina, camera panum et alia sartorum, macellum, carnium, unus faber et unus sartor, quos aut quae eriget et locabit ad dictam scultetiam et ad ejus successores tum cum censibus et cum tertio Denario judiciali, et sexto grosso nostro

jure hereditario pertinebunt. Adjungentes Ecclesiae ibidem unum mansum liberum, et alium pro pascuis quae scolonts [illegible] vulgariter nuncupantur. Ut autem praedicta villa eo facilius locari possit, omnibus adhuc locandis in mericis ad decem, sed in sylvis ibidem ad viginti annos, a data praesentium, concedimus, plenam et omnimodam libertatem, qua espirata, emetones praedicti decem scotos usualis pecuniae, et unam mensuram sigillinis et etiam tritici et unam avenae Nobis, et pro Decima campestri, cui de jure debebitur, duos scotos de manso, in festo s. Martini solvere sunt obstricti, et nihilominus emetones praedictae villae Mestra honorietates consuetas in festis mobilibus, ut pote in festo Paschae Pentecostes et in Nativitate Christi, prout aliae villae jure Theutonico locatae faciunt, Nobis dare tenebuntur. Ad tria autem

prandia, quae ter in anno celebrari consueverunt, villani nonnulla die ad duo prandia, scultetus vero ad unum, aut pro quolibet prandio unum fertonem Nobis aut Nostro judicio de primitiva solutione tenebuntur. Insuper eximimus inhabitatores praedictae villae ab omnibus judiciis, jurisdictionibus omnium Palatinorum, Castellanorum, Judicum, Subjudicum, Officialium, et Ministrorum eorum. Itaque coram ipsis aut ipsorum aliquo citati, pro quibuscunque magnis causis sive parvis, minime respondere tenebuntur sed tantum coram ipsorum sculteto, et scultetus coram Nobis aut Nostro judicio, dum per literam Nostram evocatus fuerit, de se quaerulantibus, suo jure Magdeburgensi respondebunt. Causas autem omnes et crimina omnia commissa ibidem, scultetus cum scabinis ad hoc deputatis judicabit, consummabit, condemnabit, puniet seu executionem faciet, forma juris Theutonici in omnibus observata. Caeterum volumus, quod dictus scultetus et sui successores ex eadem sculteta ad quamlibet expeditionem cum uno Balistaro in Pancerz Nobis succurrere sint obstricti. In cujus rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum Cracoviae feria quarta proxima post Dominicam Cantate. Anno Domini M.C.C.C. quinquagesimo nono. Praesentibus nostris fidelibus Dominis: Ottone Polomiae, Floriano Lanciciae Cancellario, Jobo Marioque Zapiesia Sandecen. Castellanis, Bodrantha Procuratore, et Phomenone Capitaneo Sandecensi. Datum per manus Domini Jobis Decretorum doctoris, Decani et Cancellarii Cracoviensis. –

161
R. III nº. 129
p. 272

Marcussius de Skrzydlna thesaurarius cracoviensis cum aliis nobilibus dotem ecclesiae parochiali in villa Dobra assignat.

Cracoviae, anno 1361 die 2 mensis Augusti.

Noverint universi praesentium notitiam habituri: Quod nos Marcussius de Skrzidlna the- (Marcus. R.) saurarius cracoviensis, Jacussius de Jodlownik, (Zancusius. R.) Nicolaus de Raciborzany, Arnolfus de Kostrza (Stanoltus R.) et Stanislaus de Topola haeredes pro remedio animarum nostrarum ecclesiam in Dobra nuper per reverendum in Christo patrem dominum Bodzatham divina et apostolicae sedis gratia episcopum cracoviensem de novo fundatam dotare volentes, eidem ecclesiae ibidem in Dobra donamus et assignamus perpetuo unum mansum liberum pro cultura rectoris ecclesiae ibidem, quem exemptum esse volumus ab omnibus nostris juribus, solutio-

nibus, laboribus et jurisdictionibus. Alium quoque mansum damus eidem in Jurze villa nostra situm in parte sculteti, quem Nicolaus cmetho ibidem nunc possidet, ita, quod idem cmetho censum mansi ejusdem solvet rectori ecclesiae praelibatae annis singulis. Alia autem jura in eodem manso nobis integra reservamus. Caeterum pro sustentatione presbyteri memorati promittimus perpetuo per praesentes dare et solvere annis singulis eidem ecclesiae in Dobra decimas de aratuoris nostris in bonis nostris infrascriptis, videlicet in Choragwica, in Lednica, in Podolany ante Wieliczkam et in curia domini Marcussii memorati etiam ante Wieliczkam situatis*), dummodo ad id dicti domini Bodzathae episcopi cracoviensis voluntas accesserit et consensus. Missales vero annonas in Dobra et in Jurze villis praefatis more consveto idem rector ecclesiae percipiet singulis annis. In cujus rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum et actum Cracoviae die*) Lunae secundo mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo primo, Praesentibus honorabilibus dominis dominis Nicolao Luborzycie*), Bodzatha de Radzessow canonicis cracoviensibus, Nicolao de Tuchow, Ambrosio de Sulossow, Johanne de Dobrowoda et Jacobo de Lubcza*) rectoribus ecclesiarum testibus ad praemissa.

(Jurze – opuszczone w R.)

(* opuszczone w R.)

*) locata – R.)

(Jurze – opuszczone w R.)

*) die dominica mensis Augusti R.

* Ryborzycie R.

* Lubcsa. R.

(Ex oblata per nob. Mathaeum Pardulowski ad acta castr. cracov. d. 29 Octobris 1781 ubi memoratur originale pergameneum quatuor sigillis pensilibus munitum fuisse. – Libr. relat. castri cracov. Anni 1781. Tom. 212. pag. 2451–2452 Nro 807.)

Casimirus Magnus Rex Poloniae villas monasterii miechoviensis: Targowisko, Mszęcin et Nieszkowa ad tempora vitae in gubernationem recipit.

Cracoviae, anno 1364 die 21 mensis Maij.

Noverint quibus expedit universi, Quod Nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum, Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque Dominus et haeres. Bona Monasterij nostri Miechovień. terrae Cracov. tanquam patronus, videlicet Targowisce, et Msceczin, ac Nieskowa in territorio Sandeceń. situata, alias obligata redimere, et ad usus meliores deducere cupientes, ex nunc easdem haereditates, a Religiosis Viris, Nicolao Praeposito, et Conventu Fratrum

dicti

dicti Monasterij Miechoviensis, cum Scul-
tetia, quam a Stanislao Paszczka, alias
Sculteto ibidem in Targowisce redemimus,
in tuitionem, et gubernationem nostram re-
cipimus, ad tempora vitae, cum omnibus
utilitatibus obtinendas. Ratione cujus te-
nutae, possessionis, et utilitatum, per nos
de jam dictis bonis percipiendarum, per-
mittimus eisdem Praeposito, Conventui,
et Monasterio Miechoviensi, et tenore prae-
sentium obligamur, quod post tempora vi-
tae nostrae omnes haereditates praedic-
tae et Scultetia in Targowisce, cum omni-
bus frumentis, equis, pecoribus, pecudibus
et universis rebus, ad praedictos Monas
terium, Praepositum, et Conventum Mie-
choviensem absque omni contradictione
et diminutione devoluentur. Praeterea
promittimus eisdem Scultetias in villis
eorum, scilicet in Michalowice a Smilo-
ne, et alijs quorum interest, ac etiam in
Volia, a Creslao filio Castellani Vislicien-
sis nostris pecuniis redimere quantocius,
et

et totaliter disbrigare, et eorum possessioni
assignare, per ipsos, cum omnibus et singu-
lis iuribus, et pertinentijs, libere perpetuo
tenendas, et pro sua voluntate convertendas.
In quorum omnium testimonium, praesentes
literas, tam dictis Monasterio, Praeposito,
et Conventui Miechoviensi dari iussimus,
nostro Sigillo roboratas. Actum et datum
Cracoviae feria tertia post diem Sanctae Tri-
nitatis, Anno Domino M. CCC. LXIV. prae-
sente Ioanne Palatino Sandomirien. Macz-
cone Cancellario Dobrynensis, Petka Mar-
salko Curiae nostrae, Andrae subiudice
Crac: Bodzata procuratore Generali, et
Domino Ioanne Cancellario nostro Crac:
per cuius manus praesentes literae tran-
siverunt, sub appenso magno Sigillo de
filis sericeis, rubei coloris.—

m. p. 286.

Kazimirus (Magnus) Rex Poloniae Alberto Sculteto de Antiqua Sandecia facultatem locandae villae Przesieki confert.

Cracoviae, Anno 1364, die 1 mensis Decembris.

In nomine Domini Amen. Nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomoraniae, Russiaeque dominus et haeres, ad notitiam universorum, tam praesentium quam futurorum deducimus per praesentes: quod villam nostram Przeseky in districtu Beczensi, quam pro nostra regia possessione rationabiliter emimus a Michaele haerede de Grabe, nondum collocatam, in meliorem reducere conditionem cupientes, Albertum de Antiqua Sandecz sculletum eiusdem villae in ipsa sculletia et suis iuribus super sedecim marcis collocandis, prout in privilegio

Michaelis supradicti sibi super locatione et scultetia dato, plenius continetur, gratiose conservare, exnunc eidem villae et sculteto de bonis nostris regalibus in agris et silvis superaddimus decem mansos, sicque ipsa villa viginti sex mansos debet continere. Dantes eidem Alberto sculteto ipsam villam iure theutonico Maydburgensi locandi plenam et omnimodam potestatem, ratione cuius locationis ipsi sculteto duos mansos liberos et unum pro pascuis communibus assignamus; item unam tabernam liberam, cameram pistorum, cameram sutorum, macellum carnium unum fabrum et molendinum cum piscinis, quotcunque facere potest seu potuerit, pratis, nec non mellificiis et venatione habendam, cum tertio denario de qualibet re iudicata, quae omnia ipse scultetus et eius posteri libere habent et debent possidere cum potestate ipsam scultetiam vendendi, donandi et commutandi, prout in privilegio ipsius primo plenius continetur. Ipse scultetus et kmethones ad omnia iura ex dicto iure theutonico competentia nobis et nostro dominio implenda perpetuo sint astricti; removentes ibidem omnia iura polonicalia, quae ipsum ius theutonicum perturbare consueverunt. Absolvimus insuper liberamus et eximimus ipsum scultetum eiusque successores, familias, kmethones, et quoslibet incolas supradictae villae a iurisdictione et potestate palatinorum, castellanorum et quorumlibet iudicum Regni nostri, ita quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis nulli penitus respondebunt, nisi kmethones coram sculteto suo iure theutonico et scultetus coram nobis aut nostro burgrabio Beczensi cum suis posteris teneantur respondere. In causis autem capitalibus et criminalibus ipse scultetus secundum quod ipsum theutonicum requirit, iudicandi, puniendi et condempnandi plenam habeat potestatem. Ut autem eandem commodius silvam possint extirpare, ipsamque villam citius collocare, exnunc omnibus incolis locatis et locandis in agris cultis infra sex annorum spatium [illegible], in silva vero extirpandi infra viginti annorum spatium a data praesentium computandorum ab omnibus nostris solutionibus tam magnis quam parvis, plenam et omnimodam damus libertatem. Qua elapsa ipse scultetus et eius posteri nobis et nostris successoribus cum uno sagittario decenter expedito servire, kmethones vero de quolibet manso per octo scotos ratione census

nobis, de quo dictus sculteтus sextum denarium percipiendi pro se habet sive habebit potestatem. Ratione vero decimae ibidem kmethones per fertonem sive per sex scotos grossorum, cui de iure debuerunt, singulis annis solvere sint astricti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum Cracoviae prima die dominica in Adventu Domini, sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo quarto. Praesentibus his testibus, Johanne palatino Sandomiriensi, Petro Woyniciensi, Zawissa Sandecensi castellanis, Bodzantha procuratore generali, Andrea subiudice Cracoviensi et aliis multis.

(Ex transumpto in Confirmatione Wladislai Regis Poloniae ad preces Michaelis Sculteti de Przeseki, cui originale privilegium Regis Kazimiri combustum est, data in Becz ipso die S. Philippi et Jacobi 1389. – Confirmatio Wladislai Regis in pergameno scripta extabat in Archivo Regni – Copia in Theca Naruszevicianis Tom IX, Nr. 72.)

Consules Neo-Sandecenses sculteтiam in villa Paszyn Petro de Kurowa conferunt.

Neo-Sandeciae, anno 1365, d. 1 mensis Januarii.

In nomine Domini Amen. Cum humana negocia perpetua[n]... de litargys hominum faciliter novercantur, ideoque dignum est ut literarum testimonio fuiunt roborentur. Nos igitur Consules Jurati.. Universitas civium in Noua Sandecz universis et singulis tam praesentibus quam futuris ad quos praesens scriptum devenerit volumus fore notum Quod de bono consilio et maturo totius Universitatis Civitatis Sandecensis damus et conferimus discreto viro Petro de Curowa suisque legitimis successoribus sculteтiam in nostra villa vulgariter Paschin jure hereditario possidendam et sub omni modo et forma juris theutonici Meideburgensis ut in eadem villa discuciant et discutere habeant juridice omnes causas suas kmethones inpugnan   Incolas ejusdem ville et ut kmethones et incole ville eiusdem ~~nunquam~~ nunquam trahantur extra villam praetactam. Eciamque nullus eos   are habeat nisi Sculteтus praedictus suique legittimi successores. Da-

mus etiam eidem Sculteto et suis legittimis successoribus d   ob(venio)[struck] omnibus penarum sive questibus judiciorum ut tertiam partem earundem penarum integram percipiant portionem jure haereditario et duas

earundem poenarum seu questuum dominis consulibus Sandecensibus perpetuis temporibus praesentare sint astricti. Conferimus etiam seu damus praedicto Sculteto suisque legittimis successoribus in praefata villa duos mansos cum dimidio liberos de quibus nullum censum suis dominis videlicet consulibus Sandecensibus perpetuis temporibus dare sit astrictus. Ver(umptamen)[struck] volumus quod quilibet Kmetho sive incola habens unum mansum vel plures de quolibet manso 3   Sancti Martini Confessoris octo scotos veri annui census usualis monetae seu bohemicalium grossorum polonicalis numeri atque pagamenti singulis annis perpetuis temporibus consulibus Sandecensibus dare teneatur, cuius quidem census quinque partes civibus Sandecensibus (praesentent)[struck] sextam n̄o   dicti census Scultetus et sui legittimi successores jure haereditario sortiantur. Insuper damus et conferimus praedicto Sculteto suisque legittimis successoribus in praedicta villa molendinum liberum vel quotquot molendina pro utilitate sua et praescriptae villae struendo poterit edificare plenam et omimodam potestatem. Volumus etiam ut saepius nominatus Scultetus et sui legittimi successores de omnibus p̄viciis sive de expeditione ... angariis et praeangariis temporibus perpetuis sit exemptus. Attamen Kmethones et incole eiusdem villae in debitis honoribus bis in anno p̄me   Meydeburgen videlicet in festo Nativitatis Christi in nonem scotis grossorum

et in festo Pasce in [struck] none scott' consules Civitatis Sandecensis   āntur honorando. Insuper volumus quod quotiescunque civitas Sandecensis per regalem potestatem de exactionibus sive contributionibus inpugna   Kmethones eiusdem villae iuxta suam exigentiam seu pro sua facultate nobis consulibus Sandecensibus suffragari et subvenire sint astricti   entes p̄scriptis ut praedictus Scultetus suique legitthimi successores cum eorum Kmethonibus tribus iudiciis in anno videlicet provincialibus que nob   pertinent presidere nos honorifice vel quem nos loco nostri destinabimus suscipiendo recipiant taliter quod Scultetus una die in uno

prandio cum suis expensis porret Kmethones vero duobus diebus quolibet die in prandio cum suis expensis sive sumptibus competentibus pu   nis poterint procurabunt. Super haec omnia volumus ut Scultetus praetactus et sui legitthimi successores habeant in suis gadibus piscationes e   aciones liberas et apum procreationes cum omnibus utilitatibus et piscinas quotquot eis facere placebit pro ipsorum utilitate et profectu. Ne vero — dicta villa sive hereditas per aliqua impedimenta agravando destruatur Nos eam et omnes incolas eiusdem ab omnibus gravaminibus contributionibus sive exactionibus angariis et praeangariis praelibatam villam inpugnantibus tamquam Civitatem Sandecensem inquantum possumus prout etiam   mus promitthimus defensari Hanc etiam Sculteciam praedicto Sculteto et suis legitthimis successoribus utriusque sexus damus et conferimus

vendendam tenendam vendendam commutandam vel quovis modo alio a se alienandam plenam et omnimodam liberamque facultatem   omnia suprascripta quod

nullus de dictae Sultetiae molendinis quovismodo quascum-que aquas ad easdem tendentes removeat vel deducat em hoc privilegium quispiam temerarie attemptare prae-sumpserit Nos cum appensione Sigilli civitatis Sande-censis pcuanni fecimus roborando communiri. Da-Datum et actum in civitate Noua Sandecz Octavo die Epiphanie Domini Anno Domini Millesimo Tricesimo Sexagesimo quinto. Praesentibus praesidentibus con-sulibus Johanne Syfridi Petro Gothschalczi Nicolao Slewsnig Johanne . v Nicolao et Stephano Vil-helmi. Descriptum literae original.

super Sultetiam Lassy-
sine sig

LIX No. 15

Casimirus (magnus) Rex Po-loniae commutationem villarum Karniów et Udorz in districtu cracoviensi atque Nieszkowice in districtu sandecensi per Nicola-um praepositum miechoviensem cum Nicolao et Spytkone fratribus pro advocatia in Miechów, confir-mat.

Cracoviae, anno 1365. die 25. mensis aprilis.

Digne decernitur quod omnes commu-tationes et contractus qualescunque per se nullum robur firmitatis valeant ob-tinere, nisi contentis documentis et tes-tium fide dignorum testimonio fuerint sagaciter roborati. Proinde Nos Casimirus

Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Craov: Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque Dominus et haeres. Notum facimus tam praesentibus quam futuris, praesentium notitiam habituris. Quod accedentes ad nostram nostrorumque Baronum praesentiam, famosi et honesti Viri, Nicolaus et Spytko fratres germani tunc Advocati de Miechovia ex una, et Religiosus Vir Dominus Nicolaus Praepositus Miechoviensis, una cum suo Conventu Ordinis Dominici Sepulchri Hierosolymitani, parte ex alia, commutationem bonorum suorum inter se fecerunt, quae talis dignoscitur esse: videlicet quod idem Dominus Nicolaus Praepositus Miechoviensis, cum suo Conventu praedictis famosis Viris Nicolao et Spytkoni fratribus germanis, villas Monasterij Miechoviensis infra scriptas, nulli debitas, nec obligatas, videlicet Karniewo Nieskowice, et Udorz sita in terra Craw: ratione commutationis dedit, cum omni

iure

iure et dominio. In recompensam vero idem Nicolaus et Spytko fratres germani ut praedicitur, Advocati Miechovienses, Advocatiam ipsorum Miechoviensem supradictam, ipsos ex successione paterna contingentem, ratione predictae commutationis, eidem Religioso Viro Domino Nicolao Praeposito Miechoviensi et suo Conventui dederunt et coram nobis perpetuo resignaverunt, prout soli tenuerunt: nihil iuris, dominij, vel proprietatis, in eadem pro se, vel pro suis successoribus penitus reservantes, cum omnibus utilitatibus, censibus, agris, pratis, aquis, aquarum decursibus, rubetis, et universis proventibus, qui nunc ibidem sunt, aut esse potuerint in futuro, habendam, commutandam, vendendam, et quomodolibet pro sua voluntate libere convertendam. Quam quidem commutationem sic rationabiliter factam, ex solita nostrae Regiae Maiestatis benignitate ratam et gratam habentes, gratuite approbantes, per-

petuo

confirmamus. In cuius rei testimonium praesentes literas scribi iussimus, nostro Sigillo roboratas. Actum et datum Cracoviae in die s. Marci Evangelistae, Anno Domini M. CCC. LXV. praesentibus Nobilibus Dominis Joanne Sendomirien. Andrea Cracovien: Palatinis, Jacusio Cracovień: Floriano Lancicień. Cancellarijs, Wilczkone Castellano Sandomirień: Dzierkone Dapifero Cracor: et alijs multis.

M p. 286.287

R. III Nº 151
p. 309

Casimirus (Magnus) Rex Poloniae cives Neo-Sandecenses ab omnibus solutionibus spatio unius anni liberat ratione dilatationis portae.

Cracoviae, anno 1368 die 2 mensis Novembris

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Honestis Viris Consulibus et tote Universitati civitatis nostre Sandecensi, fidelibus nostris graciam nostram et omne bonum. Ad votivas instantias domini Johannis Dicti Gladisz vestri Viceprocuratoris, fidelis nostri, vestre Honestati ab omnibus nostris Solucionibus et depactacionibus quibusvis, duntaxat anno presenti, Damus et concedimus plenam et omnimodam libertatem, volentes, quatenus quandam portam seu Januam dilatare seu ampliare studentes, taliter, quod

currus ad molendina extra Civitatem Sande-
censem transire valeant, impedimento quo-
libet procul moto. Etiam hominibus, In-
colis et subditis predicte civitatis, in solu-
cionibus alias exaccionibus et depactacionibus
vestris aleuietis, ne abinde ipsi homines de
Civitate recedant, et per hoc Civitas nostra per
Defectum personarum et Indigenarum, in
multis possit Desertari. Datum Cracovie in
die omnium Sanctorum, sub Anno domini
Millesimo CCCLXVIII° —

(Orginał na pergaminie, pieczęć
urwana tylko taśma pergamino-
wa pozostała)

N° CIII

Nicolaus de Pieskowa skała succamerarius dislimitationem montis inter Dobrzyce et Szczyrzyc jacentis facit.

In Szczyrzyc, anno 1369 die 22 mensis Augusti. (fałsz) może 1469

Nicolaus de Pieskowa skała Succamerarius Regalis Regni Poloniae recognoscimus manifeste profitentes praesentium per tenorem universis tam praesentibus quam futuris, quibus expedit, quomodo ad instantes preces Abbatis de Sczyrzycz et ejus Conventus in praesentia Serenissimi Domini ac Domini Wladislai Dei gratia Regis Poloniae erga strenuum militem Dominum Kamyenyczkii heredem de Dobsicze, pro illatis injuriis in monte vocitato Ciecien, qui sistit inter monasterium praefatum ex una, et hereditatem praefati Domini

Regis Poloniae ex altera partibus. a serenissimo
praefato Domino Rege nostro, nos assumpti
nominatim ob sedationem omnium controversiarum,
quae fiebant inter eos, propter perpetuam
rei memoriam, dictus Dominus Kamyenyecz-
ki libere ac publice recognovit, nihil se habere
ad partem hujus montis, quae est ex oppo-
sito monasterii, nisi Abbatem et conventum
Sanctae Mariae in Czerycz, possidendum,
habendum, utifruendum, prout in donatione
privilegiorum dicti monasterii comperimus,
ut veros ac legitimos Christi haeredes, una
cum silvis abietinis, quercinis, et aliis qui-
buscunque nominibus censeantur, seu con-
ditionis extiterint, ad praedictum monas-
terium habere et pertinere dignoscuntur et
profitentur, illicque granities seu metas
sippavimus, incipiendo a summitate cas-
tri desolati alias Grodzisko duobus limitibus

ducentes per Cliecien, usque ad fines
montis vocitati Gliinicze etiam ex jure ad
monasterium pertinentis. Igitur propter
hujus celleberrimum et sollennis facti memoriale
perhenne, neque ab aliquo vel ab aliquibus possit
vel debeat aliqua dissentatione violari aut concertatione pertur-
bari, de praedictis granitiis seu metis sic sipatis libere non
abscessimus, quadusque prae-
sentes literas sigilli nostri munimine jussimus
firmiter roborari. Datum et actum sub
monte Castri desolati jam dicti Grodzisko,
in Octava Assumptionis gloriosissimae Virgi-
nis Mariae, Anno salutiferae incarnationis
Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo no-
no. Praesentibus ibidem testibus ad hoc spe-
cialiter deputatis nobilibus: Nawagio Castel-
lano Sandomiriensi, judice Sandomiriensi Petrka, pincer-
na Cracoviensi Petrassio, et multis aliis quam
pluribus fidedignis.

(Ex oblata ad acta castr. Cracov. fer. 5a post fest. S. Bartholomei apost. 1663 per Felicianum a S. Sacramento ordin. Carmelitar. discalceat. novi= ciatus extra portam S. Nicolai Cracoviae siti no= mine conventus Wisnicensis ubi memoratur originale sigillo cereo pensili in theca lami= nea munitum fuisse. Libr. Relat R. 1663. Tom 90 pag. 1611 – 1613 Nro 540)

Clemens Rożen cum fratre suo Petro castrum Rożnow et villas ad illud pertinentes coram judicio terrestri cracovien= si dividunt.

Cracoviae, anno 1370, die 9 mensis Maji.

Nos Nicolaus judex et Andreas subjudex terrae Cracoviensis generales notum facimus quibus ex= pedit universis literam praesentem inspecturis: Quod in nostra nostrorumque assessorum praesen= tia personaliter sunt constituti, tunc cum pro tribunali sedebamus, videlicet in Colloqvio genera= li, nobiles viri duo fratres germani videlicet dominus Clemens Roszen et Petrus eodem cognomi= ne nominatus ambo haeredes de castro dicto Rosznow non compulsi nec coacti neque aliquo dolo circumventi sed sani mente pariter et corpore existentes recognoverunt et publice coram nobis

sunt confessi, quomodo et qualiter inter eos fecerunt divisionem eorum patrimonii videlicet quod castrum dictum Rosznow ac eorum alias haereditates tali conditione inter se diviserunt: quod domino Clementi media pars dicti castri advenit, ex illa parte villae dictae Laszizca; domino Petro autem ex alia parte villae dictae Radnyowice, etiam ipsis adjudicantes ac inter eos pactantes quod unus alteri non deberet denegare nec inhibere silvam, pascua ac etiam fluvium, qui vulgariter dicitur Dunaijecz, in quo ambobus sit libere cum eorum piscatoribus praehendere cum fuerit opportunum et hoc in parte eidem castri jacenti circumquaque. Caeterum autem domino Clementi ad suam partem antedicti castri additae sunt villae videlicet binae Radnyowice parvae et magnae ac villa dicta Lasiska cum alia villa Jedlna, quae alias dicitur Leclo, ac etiam villa dicta Zagoloszka cum villa dicta Strzczowa etiam villa dicta Przedanicza ambo teneant per medium quousque ad obitum nobilis Helenae eorum legittimae genitricis; post obitum autem Helenae antedictae dominus Petrus tantum teneat quartam partem villae supradictae; dominus vero Clemens tres partes possidebit. Etiam iidem fratres antedictae Helenae villam dictam Vola quae alias vocatur Oppoca collocaverunt, quam debent possidere in dotalitio suo quousque ad finem suae mortis; post mortem suam solus dominus

Petrus eandem eternaliter possidebit. Ad partem vero antedicti domini Petri debet pertinere villa dicta Brussnik cum villa dicta Sekirczina ac etiam villa dicta Jamna et cum villa dicta Bukowecz: quas jam nominatas villas idem dominus Petrus debet haereditare ac eternaliter possidere cum omnibus silvis ac utilitatibus ad easdem villas spectantibus. Dominus autem Clemens ad eandem partem nobilis Petri quidquam non corresponedere neque eum impedire, videlicet in sylvis ac etiam in aliis utilitatibus ad easdem villas spectantibus, sub tali vadio, quod nos inter eos ponimus ac damus, sub mille marcis monetae pragensis, quod si aliquis inter eos eandem divisionem renuerit seu non tenuerit: extunc unus alteri hoc idem vadium debet aliqua sine dilatione praestare ac donare. Actum et datum Cracoviae in crastino beati Stanislai tempore Maji, Sub Anno Domini M°CCC° septuagesimo. Praesentibus his testibus Johanne castellano, Dobeslao palatino, Mszczugio subcamerario, Sbiszcone venatore Cracoviensibus, Petro Sandeczensi, Zawissio Woyniciensi ac aliis multis fide dignis.

(Ex transsumpto oblato in colloquio generali in nova civitate fer. 5a in vigilia S. Bartholomei 1408. Lib. Collogv. Tom 5)

Elisabeth (filia Vladislai Loctici, uxor relicta Caroli Roberti Andegavensis regis Hungariae) regina Hungariae et Poloniae, civitati Neo-Sandeciae permittit forum annuale in aliam diem transferre.

Cracoviae, anno 1376, die 24 mensis Novembris.

In nomine Domini Amen. Regia celsitudo multimodis revera laudum praeconiis attolitur, dum ad suorum fidelium utilitatem et profectum magnifice tendit et specialiter illorum per quos regiae majestatis decoratur sceptrum et qui titulis insigniuntur honestatis, quinymo etiam si ipsis concessiones et largitiones illustrium principum quodammodo temporum vetustate (fceiles) utilitates declinan pio dignetur patrocinio per translationem in meliores conditiones renovare: Proinde nos Elizabeth Dei gratia regina senior Ungariae et Poloniae universis et singulis ad perpetuam rei memoriam declaramus: Quod ad nostrae venientes majestatis praesentiam nostri fideles consules et cives civitatis nostrae Novae Sandecz nobis quoddam exhibuerunt privilegium illustrium principum et dominorum Vladislai genitoris, Cazimiri fratris nostrorum carissimorum piae memoriae olim Poloniae regum

in quo luculenter vidimus contineri quae ipsis generosius annuerunt, ut forum annuale in eadem civitate annis singulis cum infrascriptis libertatibus et conditionibus in festo S. Margarethae Virginis deberet celebrari petentes humillime, quatenus eundem terminum vel diem Sanctae Margarethae fori annualis celebrandi in alium videlicet Sancti Martini episcopi de nostra majestatis liberalitate transferre dignaremur. Nos vero praehabito cum nostris baronibus et consiliariis salubri consilio et tractatu nolentes ipsorum justis refragari petitionibus specialiter cum ad rem publicam tendunt ex nunc dictae civitati Novae Sandecz ac ipsius civibus et incolis universis tam praesentibus quam futuris annuale forum exercendum in festo Beati Martini praedicto alio termino videlicet Sanctae Margarethae penitus cassato damus, concedimus et conferimus in his scriptis temporibus perpetuis duraturum. Et ut dicti cives nostri eo melius et utilius forum suum annuale exercere valeant, omnes hospites seu mercatores vel etiam cujuscunque conditionis aut status homines fuerint sive Christiani vel Judaei volentes ad ipsum forum et ad civitatem se transferre intra octo dies ante festum Sancti Martini de Cracovia seu de aliis partibus quibuscunque per Czchow alias Albam Ecclesiam transeuntes et redeuntes et infra alias octo dies sive infra octavam Beati Martini omnes transeuntes de Ungaria aut de aliis partibus quibuscunque in Rytter et in Antiquo Sandecz de omni theloneo et thelonei solutione transeuntes et redeuntes in perpetuum liberamus et absolvimus gratiose, sic quod isti qui de Cracovia et aliis partibus ante festum Sancti Martini octo diebus in Czchow, et illi qui de Ungaria et aliis partibus transierint prout superius exprimitur in Rytter et in Antiquo Sandecz octo diebus post festum praefatum de omni solutione thelonei in perpetuum liberi erunt et excepti, ita tamen quod dictum forum annuale aliis civitatibus regni Poloniae et signanter Cracoviae non debeat derogare nec aliquod inferre nocumentum sive dampnum, prout haec omnia et singula supradicta in dictorum dominorum regum videlicet patris et fratris nostrorum clarius (inner9) continetur. In quorum testimonium et evidentiam pleniorem praesentes nostri sigilli munimine duximus roborandas. Actum Cracoviae in vigilia Sanctae Catherinae Virginis gloriosae, Anno Domini Millesimo CCC^mo^ septuagesimo sexto. Praesentibus hijs dominis reverendo in Christo patre domino Floriano episcopo, Bodsantha procuratore, Petro Zaffraniecz subdapifero cracoviensibus, Nicolao castellano zawicostensi, Wirzbantha de Malosszow et Michaele Ungaro vicethesaurario nostro ac multis aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis Zawissij archidyaconi et cancellarii cracoviensis nostri fidelis.

(Oryginał na pergaminie w magistracie Nowego Sącza; na sznurku ponsowym pieczęć okrągła czerwona mająca pod koroną trzy tarcze herbowe: xięstwa sandomierskiego, xięstwa krakowskiego i księstwa kujawskiego z napisem do koła: S. Elisabeth Dei gratia regine Ungarie Polonie)

V.

Elisabeth (filia Vladislai [illegible]ctici, uxor re- licta Caroli Roberti Andega[illegible]vensis regis Hungariae) regina Hungariae [illegible] Poloniae civitati Neo-Sande[illegible]ae permittit forum annuale [illegible]n alium diem transferre.

Cracoviae, anno 1376, die 24 mensis Novembris.

In nomine Domini Amen. Regia celsitudo multimodis
revera laudum praeconiis attolitur, dum ad suorum fideli-
um utilitatem et profectum magnifice tendit et speciali-
ter illorum per quos regiae majestatis decoratur sceptrum
et qui titulis insigniuntur honestatis, quinymo etiam si
ipsis concessiones et largitiones illustrium principum quo-
dammodo temporum vetustate ad s   fceiles utili-
tates declinen   pio dignetur patrocinio per transla-
tionem in meliores conditiones renovare. Proinde nos Eli-
zabeth Dei gratia regina senior Ungariae et Poloniae
universis et singulis ad perpetuam rei memoriam de-
claramur: Quod ad nostrae venientes majestatis prae-
sentiam nostri fideles consules et cives civitatis nos-
trae Novae Sandecz nobis quoddam exhibuerunt privilegium

No 16.
No XXXI.

illustrium principum et dominorum Vladislai genitoris Cazimiri fratris nostrorum carissimorum piae memoriae olim Poloniae regum in quo luculenter vidimus contineri quae ipsis generosius annuerunt, ut forum annuale in eadem civitate annis singulis cum infrascriptis liberta=tibus et conditionibus in festo S. Margarethae Virginis deberet celebrari petentes humillime, quatenus eundem terminum vel diem Sanctae Margarethae fori annua=lis celebrandi in alium videlicet Sancti Martini Episco=pi de nostra majestatis liberalitate transferre digna=remur. Nos vero praehabito cum nostris baronibus et consiliariis salubri consilio et tractatu nolentes ipsorum justis refragari petitionibus specialiter cum ad rem publicam tendunt ex nunc dictae civitati Novae Sandecz ac ipsius civibus et incolis universis tam prae=sentibus quam futuris annuale forum exercendum in festo Beati Martini praedicto alio termino videlicet Sanctae Margarethae penitus cassato damus, concedi=mus et conferimus in his scriptis temporibus perpetuis duraturum. Et ut dicti cives nostri eo melius et uti=lius forum suum annuale exercere valeant, omnes hospites seu mercatores vel etiam cujuscunque condi=tionis aut status homines fuerint sive Christiani vel Judei volentes ad ipsum forum et ad civitatem se transferre intra octo dies ante festum Sancti Mar=tini de Cracovia seu de aliis partibus quibuscunque per Czchow alias Albam Ecclesiam transeuntes et redeun=tes et infra alias octo dies sive infra octavam Beati Martini omnes transeuntes de Ungaria aut de aliis partibus quibuscunque in Rytter et in Antiquo Sandecz

de omni theloneo et thelonei solutione transeuntes et redeuntes in perpetuum liberamus et absolvimus gratiose sic quod isti qui de Cracovia et aliis parti=bus ante festum Sancti Martini octo diebus in Czchow et illi qui de Ungaria et aliis partibus trans=ierint prout superius exprimitur in Rytter et in Antiquo Sandecz octo diebus post festum praefatum de omni solutione thelonei in perpetuum liberi erunt et excepti, ita tamen quod dictum forum annuale aliis civitatibus regni Poloniae et signanter Cra=coviae non debeat derogare nec aliquod inferre nocu=mentum sive dampnum, Prout haec omnia et singu=la supradicta in dictorum dominorum regum videli=cet patris et fratris nostrorum clarius (inner9) continetur. In quorum testimonium et eviden=tiam pleniorem praesentes nostri sigilli munimine duximus roborandas. Actum Cracoviae in vigilia Sanctae Catherinae Virginis gloriosae, Anno Domini Mil=lesimo CCC^mo septuagesimo sexto. Praesentibus hijs dominis reverendo in Christo patre domino Floriano episcopo, Bodsantha procuratore, Petro Zaffraniecz subdapifero cracoviensibus, Nicolao castellano zaui=costensi, Wirzbantha de Malosszow et Michaele Un=garo vicethesaurario nostro ac multis aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis Zauissij archidyaconi et cancellarii cracoviensis nos=tri fidelis.

Oryginał na pergaminie w Magistracie Nowego Sądcza
pieczęć okrągła czerwona na sznurku ponsowym

Jaccussius generalis notarius terrae cracoviensis, haeres de Jugowice certum contractum cum conventu szczyrzycensi init, vigore cujus decimam de villa Jugowice ecclesiae parochiali in Droginia assignat.

In Szczyrzyc, anno 1377 die 13 mensis Aprilis.

In Christi Nomine Amen. Nos Frater Henricus Abbas divina miseratione, Joannes Prior, Dominicus Subprior, Theobaldus Sacrista, Joannes Claviger, omnes et singuli Monachi Conventus Monasterij Cyrzyc: Ordinis Cisterciensis Cra: Diaecesis, notum facimus, quibus expedit,

universis, praesentium notitiam habituris. Quia cum inter discretum virum Jacobum, de nostra ac nostri Monasterij praedicti villa Droginia vulgariter dicta, antedictae Cracov: Dioecesis, Rectorum Ecclesiae cuius iuspatronatus ad nos, et ad nostros praedecessores de iure et ex antiqua consuetudine dignoscitur pertinere, parte ex una, et nobilem ac circumspectum Virum Dominum Jacussium Generalem Notarium Terrae Cracovień. nec non de Jugowice villa sic vulgariter appellata, praefatae Dioecesis Cracovień. haeredem ex altera, de et super decima de eadem villa Jugowice, eiusque ocasione, quaestionis materia fuisset exorta, coram Honorabili Viro Sbigneo Cancellario Ecclesiae Cathedralis Cracovień, Iudice causarum Spiritualium Curiae Venerabilis in Christo Patris et Domini, Dńi Floriani Dei gratia Episcopi Cracovień. generali. Idem quoque Jacobus Rector, praetendens decimam supradictam ad suam Ecclesiam memoratam pertinere, petijsset praelibatum Dominum Jacussium Notarium sibi et praedictae Ecclesiae suae ad dandam ipsam decimam et solvendum condemnari, causa, nomine titulo et ratione, quibus, ut praemittitur, dari et solvi deberetur minime expressis. Pro parte vero ipsius Domini Jacussij notarij intendebatur in contrarium proponi et allegari, quod cum ipsius haereditas Jugowice villa antedicta, infra limites parochiae de Droginia supradictae in ipsius iure parochiali situata non existat, quodque Dominus ipse Jacussius aut familia sua praetacta, non ab aliquo tempore percipiat tam necessaria quam opportuna Ecclesiastica Sacramenta, praesertim cum Jacobus Rector supradictus non dicat nec allegat titulum, causam, nomen, et rationem ex quibus sibi et dictae suae Ecclesiae per eundem Dominum Jacussium decima eadem de iure dari et solvi debeatur. Ea propter ad dandam et solvendam decimam antedictam sibi Jacobo Rectori et Ecclesiae suae de Droginia non teneretur. Nos vero Abbas et Conventus memorati perspicua considerationis diligentia comperientes, quod dicta decima ex lite et per litem Rectoris supradicti perdi, et ab Ecclesia villae nostrae memoratae procul dubio alienari potuisset,

quodque ipsi Rectori de fructibus residuis Ecclesiae eiusdem ad deserviendum et subveniendum Ecclesiae eidem, prout ipsius cura requirit, ac onera incumbentia subire prae inopia et paupertate absque decima anteacta non suppeterent facultates, quibus praesse eidem Ecclesiae praefatae fatagentes praecludere, sedulis monitionibus Jacobi Rectoris antedicti inclinati et inducti, praelibato Domino Jacussio Notario, qui etiam sinceris affectibus, piis desideriis, consuetaque promotione nos et singula bona nostri Monasterij antedicti prosequitur, cum effectu ad Ecclesiam quoque de Droginia supradictam devotionem gerit specialem, una cum Rectore nominato supplicavimus precibus instantius, quatenus intuitu salubris suasionis animo recreatus, ad praecludendam paupertatem et inopiam Ecclesiae supradictae, decimam de tota haereditate sua saepefata, iuxta et secundum modum nobilium, non obstantibus, quod nec ex privilegio, donatione, nec de iure communi, aut praescriptione, decima eadem pro Ecclesia in Droginia praenominata, ac ipsius Rectore praetacto derivetur

derivetur ad ipsam Ecclesiam in Droginia donaret, attribueret perpetuo et assignaret: Quodque huiusmodi donationis titulo nomine verâ donatoris et dotationis eiusdem inrecompensam merito gauderet consolatus. Jus patronatus praefatae Ecclesiae de Droginia pro se et suis successoribus legitimis in perpetuum qui fuerint pro tempore, portione, voto, collatione, praesentatione et provisione aequalibus nobis ac unanimiter et coniunctim nobiscum, et cum nostris posteris successoribus legitimis haberet et obtineret. Tandem Dominus Jacusius Notarius praelibatus affectu pij promotoris, cupiens in Ecclesia de Droginia saepetacta cultum divini nominis perpetuis temporibus ampliare, decimam pranominatam post haereditatem suam Hugowice totam, quam opitulante gratia Salvatoris ampliavit ut praemittitur, pro Jurepatronatus antedicto, intuitu Dei, nostrarumque precum ob respectum, et ut eo efficacius ac singula bona nostra, Monasterij quoque nostri, atque Ecclesiam de Droginia praenarratam in suis tuitione, cura et promotione haberet, dotando Ecclesiam eandem perpetuis temporibus assignavit,

attribuit, et donavit se et suos successores legitimos, iuxta et secundum modum nobilium, ad ipsam decimam dandam obligando. Et quoniam Canonicis est Institutis sancitum: Patronum faciunt dos, aedificatio, fundus; Proinde nos Abbas et Conventus memorati, nostro solenniter capitulo celebrato, non errore, nec aliqua sinistra suggestione seducti, sed diligenti tractatu animorumque nostrorum bonis et sanis deliberationibus, de et super ordinatione, instante et petente praelibato Domino Iacusio Notario, titulo, nomine veri dotatoris Iuspatronatus, portione, voce, provisione, collatione, et praesentatione nobis aequalibus, ac una et coniunctim nobiscum Ecclesiae de Droginia, nostra ac nostri Monasterij praedicti haereditate, suisque successoribus legitimis attribuimus perpetuis temporibus et donavimus, omnibus exceptionibus iuris et facti renunciantes, volentes, consentientes ex nunc et approbantes. Quod ipse Dominus Iacusius suique successores antedicti nobiscum, ut praemittitur, ac cum nostris successoribus in perpetuum, qui pro tempore fuerint, habeant praesentium vigore Iuspatronatus, vocem, collationem, praesentationem, et omnimodum potestatem

potestatem, ut est praemissum, providendi, conferendi personae idoneae Ecclesiam praenominatam cum et quoties ipsam vacare contingat: nec non Rectorem seu Rectores ad instituendum ad Ecclesiam memoratam Lociordinariis, videlicet venerabilibus Dominis Episcopis Cracovien. qui pro tempore fuerint, perpetuo praesentandi institui, ac investiri petendi firmam, plenam, et omnimodam facultatem, ad quae omnia et singula firmiter tenenda, et inviolabiliter observanda, nos et nostros successores praefatos, praesentibus astringimus, et obligamus, prout etiam Dominus Iacusius se ac suos successores, super praemissis omnibus et singulis nostrae Ecclesiae de Droginia antedicta firmiter tenendi astrinxit, et obligavit. Ut autem donationes, dotationes, ordinationes atque contractus nostri supradicti hic inde per nos facti, robur obtineant perpetuae firmitatis, per Notarium publicum infra scriptum praesentes conscribi, et in hanc formam redigi publici documenti.
Nos quidem Abbas et Conventus antedicti nostrorum, praefatusque Dominus Iacusius per personam Ottonis sui legitimi procuratoris, prout Notario infra scriptum plenius

constabat, de mandato procuratorio, suo, nec non Jacobus Rector praedictus, proprio eorum sigillorum appensionis munimine, fecimus roborari. Datum et Actum in stuba maiori lignea nostri Conventualis Monasterij antedicti sub Anno Dñi Millesimo CCC. LXXVII. XV. Indictione, XIII Mensis Aprilis, hora tertiarum vel quasi praesentibus his testibus. Petrasio Mathiae de Maristowiz haerede, Jascone Przybysconis, Nicolao Alberto de Pogorzany Cmetonibus, ac aliis quam pluribus fide dignis ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Nicolaus olim Andreae de Wislica Clericus Cracovień. Dioecesis publicus authoritate Imperiali Notarius, per praelibatos Dominos Abbatem et Conventum, una cum Ottone Stephani de Zathor Procuratore Domini Jacusij memorati, de cuius procurationis plene ad praemissa mandato mihi evidenter constabat, nec non cum Jacobo Rectore antedicto, ordinationibus, donationibus, dotationibus, obligationibus, ac aliis omnibus et singulis contractibus praemissis, dum sic, ut praemittitur, agerentur,

agerentur et fierent una cum testibus praenominatis praesens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi et fideliter conscribens in hanc publicam formam manu mea propria redegi, de mandato dominorum praefatorum abbatis et conventus per Ottonem praenarratum rogatus et requisitus, me quoque huic subscribi et appensis sigillis Dominorum antedictorum signo et nomine meis consuetis consignari in fidem et testimonium omnium praemissorum. —

N. M. pag 475–477.

Ludovicus Rex Hungariae et Poloniae cives Neo-Sandecenses merces versus Prussiam super fluviis Dunajec et Wisla ducentes a solutione thelonei sandomiriensis liberat.

Zagrabiae, anno 1378 die 27 mensis Martii.

Ludouicus Dei gratia Ungariae Polonie Dalmaciae Croacie Ramae Seruiae Galliciae Lodomeriae Bulgariae Comaniaeque Rex princeps Salernitanus ac honoris montis Sancti Angeli dominus Memoriae commendantes tenore praesentium significamus universis Quod nos qui ex debito nostri Regiminis fidelium nostrorum profectus et comoda ampliare tenemur, ut ipsi nostri fideles eo liberalius et comodius de bono in melius possint augumentari. Considerantes itaque paupertatis inopiam fidelium nostrorum civium et mercatorum de Sandecz quae ipsos aggravat et advertentes necessitates eisdem plurimum imminentes quibus obviare salutifere intendamus habita matura deliberatione una cum Praelatis et Baronibus nostris ex certa nostra scientia eisdem civibus et mercatoribus nostris de Sandecz de innata nobis clementia hanc gratiam

duximus faciendam ut ipsi et eorum quilibet deinceps
una cum rebus et mercibus suis cuiuscumque generis
seu maneriei existant a dicta Sandecz super fluvio Do=
nawiz in Wisliam et demum super fluvio Wislie
in Prussiam absque Sandomiriensis theolonii solu=
tione ubicumque locatum seu positum fuerit trans=
ire valeant atque possint non obstante composi=
tione seu conventione inter dictos Sandecenses et
Cracovienses facta quas convencion et composicion
reddimus univz carituz . Volumus tamen ut iidem
cives et mercatores Sandecenses in aliis theoloniis
tam nostris quam aliorum quorumcumque de eorum
rebus et mercibus theoloneum solvant et dent ut
prius dare et solvere ~~sunt~~ fuerunt consveti ipsi
autem mercatorum ut ~~ali~~ al consvetum fuit per
terras cum eorum mercimoniis ad Sandecz redire
teneantur sub solutione theolonei al ~~dati~~ dari
et solvi consveta. Quocirca vobis universis tribu=
tariis seu theoloneatoribus Sandomir nunc con=
stitutis seu in futurum constituendis mandamus
quatenus memoratos cives et mercatores de Sandecz
contra praesentis gratiae nostrae formam nullomo=
do impedire aut aggravare praesumatis sed ipsos
a theolonei Sandomir solutione sicut nos facimus
reddatis et dimittatis liberos et expeditos Harum
sub appensione nostrae maiestatis sigilli testimonio

literarum. Datum Budae per manus venerabilis pa=
tris domini Demetrii episcopi Zagrab aulae nos=
trae vicecancellarii vicesimoseptimo die mensis
Martii Anno Domini M° CCC° Septuagesimo octavo
prima Indictione.

Sznur zielony jedwab
pieczęc urwana.

Pr. Lud super flutatione in
fringens concordiam inter n[?]
et Crac habitam

—

super libertate a theolon
Sandomirien 1378

LXIX. N° 17

Ludovicus rex Hungariae et Poloniae villam Janiszowa de jure polonico in jus teutonicum transfert.

Visliciae, anno 1381, die 4 mensis Junii.
(Cum confirmatione reginae Hedvigis uxoris Vladislai Jagiello, Cracoviae anno 1394 die 8 mensis Aprilis.

Ludwik nie był w Wiślicy tylko jego gubernatorowie pisali w jego imieniu Ob. Kamp[...]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Hedvigis Dei gratia regina Poloniae Lithuaniaeque princeps suprema et haeres Russiae etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quod constitutus coram nobis providus Sidelo civis Cracoviensis noster fidelis dilectus nobis in instantia humiliter supplicavit, quatenus privilegium serenissimi principis domini Ludovici recolendae memoriae olim Poloniae ac Ungariae regis genitoris nostri charissimi et contenta in eo de innata nobis benignitate confirmare, approbare et ratificare dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor sequitur in haec verba:

In nomine sanctissimae et individuae Trinitatis Amen. Juri congruit et est consone rationi, ut ea quae aguntur in tempore ne simul cum lapsu temporis pereant, convenit ut literarum apicibus

et fide dignorum testimoniis sicut sapientum sanccita au=
thoritas roborentur. Eapropter nos Ludovicus Dei gratia
rex Ungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae etc etc.
Notificamus universis et singulis quibus nosse fuerit
opportunum: Quod consideratis et inspectis fructuo=
sis obsequiis quibus Sidelo civis sandecensis vir
fidelis attenta solicitudine nobis complacuit et
adhuc in futurum aucto fidelitatis studio prae=
stantius poterit complacere, praemissa in mentis
nostrae acie revolventes, sibi suisque haeredibus
ac successoribus legitimis sex marcas argenti fu=
si quas nostris antecessoribus regibus ipsis reg=
ni Poloniae solvebant et solvi antiquitus digno=
cebatur ratione villae dictae Januschowa alias
Somnesthin nuncupatae et ipsius adjacentiarum,
quibus nominibus vocitentur, centum mansos fran=
conicos in se continentes et extendentes se de sylva
sita juxta laneos civitatis Novae Sandecz quae
olim Caminicia fuit nuncupata ab una parte; a sinis=
tro vero latere juxta hereditatem Zabelcze, a par=
te autem tertia contiguas sylvis hereditatis Siedlcz
monasterii et conventus Antiquae Sandecz ulterius
sufficientes praedicto numero centum mansorum
ad Mogilnam se procedentem sylvam nondum cul=
tam sive extirpatam, in qua ei dedimus parvam
Elbinam cum utroque litore et quantum in his
mansis centum poterit contineri, et demum usque
ad metas et granicies sive gades praedictae civitatis

Novae Sandecz, quae quondam alias Kamnica dicebatur
ut et supra, Cum omnibus proventibus et utilitatibus
pertinentiis, venationibus, melificiis, pascuis, mo=
lendinis, piscinis, pratis, tabernis, usu aucupandi cum
suis adjacentiis, quidque utilitati suae et suorum pos=
terorum valeat informari, in sex marcas grossorum pra=
gensium polonici numeri, quadraginta octo grossos pro
qualibet marca computando. Nobis et successoribus nos=
tris annis singulis videlicet in festo S. Martini et
perpetuis temporibus thesauro nostro regio dandas
et solvendas commutavimus et praesentis scripti
patrocinio commutamus, volentes et decernentes,
ut ipse Sidelo et ejus posteritas nil plus nisi sex
marcas grossorum polonicalium supradictas the=
sauro nostro ac posteris nostris ratione praedictae villae
Januschowa seu quae dicitur Somnesthin et adjacentium
suarum solvere sint adstricti, universis et singulis
aliis exactionibus, solutionibus, servitiis, angariis et
praeangariis inventis et inveniendis quibuscumque
nominibus vocitentur sive legitimis successo=
ribus et posteris atque cmethonibus in praefata
villa Janoschowa habitantibus et commorantibus
penitus absolvimus et quietamus. Quam quidem vil=
lam Janoschowa seu Somnesthin et adjacentia sua
quibus nominibus vocitentur de jure polonico in
jus theutonicum duximus transferendam, omnes mo=

dos, jura et consvetudines polonicos quae ipsum jus theutonicum impedire seu perturbare consveverunt, ab ipsa villa Januschowa et adjacentiis suis ac intra limites ipsius penitus removentes, absolventesque scultetum et ipsius et cmethones ipsius villae et adjacentium suarum ab omnibus potestatibus omnium palatinorum, castellanorum, judicum et subjudicum atque omnium ministerialium ac officialium ipsius regni nostri Poloniae, ita quod coram ipsis aut eorum aliquibus pro causis parvis seu magnis puta furti homicidii incendii, sangvinis, membrorum mutilationis citati minime respondeant, sed cmethones praefatae villae et adjacentium ejusdem coram ipsorum scultetis qui sunt aut qui pro tempore fuerint, sculteti vero coram memorato Sidelone eorum domino et suis successoribus, ipse vero Sidelo seu sui posteri coram nobis seu nostro judicio teutonicali supremo judicio curiae nostrae Sandecensis dumtamen per nostram literam nostro sigillo signatam ad hoc citatus et in reddenda justitia negligens fuerit, tunc de se querulantibus non alio nisi jure suo magdeburgensi theutonico respondere ad objecta cuilibet sint adstricti. In causis autem criminalibus et capitalibus sculteti supradictae villae et adjacentiarum ipsius judicandi sententiandi excessus delinquentium corrigendi,

reformandi, puniendi, condemnandi de nostra legali dignitate damus et concedimus plenariam et omnimodam potestatem, prout idem jus teutonicum magdeburgense in omnibus suis punctis sententiis et articulis postulat et requirit. Actum Visliciae proxima tertia feria post festum Pentecostes Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo [Octavo] primo. Praesentibus reverendo in Christo patre domino Janissio episcopo, Dobeslao castellano Sendziwogio capitaneo Cracovien, Ottone sandomiriensi, Spitkone cracoviensi palatinis ac Joanne sandomiriensi castellano, ac aliis quam plurimis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis viri domini Joannis Radlice cancellarii regni Poloniae superioris.

Nos itaque justis et honestis petitionibus praefati Sidelonis civis nostri Cracoviensis gratiosius inclinati ejusque consideratis fidelitatibus praescriptum privilegium in omnibus suis punctis clausulis sententiis articulis et conditionibus ratum habentes et gratum ipsum innovamus confirmamus ratificamus et approbamus decernentes ipsum robur obtinere perpetuae firmitatis. Sex vero marcas grossorum in praefato privilegio expressatas pauperibus infirmis et personis miserabilibus in novo hospitali civitatis nostrae sandecensis degentibus pro quorum usu et utilitate saepedicta villa Januszowa cum ipsius pertinentiis

videliet Helbrantowa, Wolfowa, Kwieciszowa, Boguszowa a Zawissio dicto Czyrzwony Zawisza cui ips per nos a Nicolao Zupnik cive cracoviensi pro pecuniis obtentam pro servitiis (donavimus exempta extitit) et per eundem Zawiszium coram nobis in personas consulum sandecensium tamquam tutorum et gubernatorum infirmorum et hospitalis praedictorum more solito resignata, prout in litera nostra speciali desuper confecta plenius continetur indulsimus et tenore praesentium misericorditer indulgemus volentes eisdem infirmis et consulibus praedictis tanquam eorundem infirmariae tutoribus super indulsione memoratarum sex marcarum literam specialem a serenissimo principe domino Vladislao rege Poloniae nostro consuccessore carissimo obtinere. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Cracoviae die Sancti Dionysii episcopi Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Quarto. Praesentibus reverendo in Christo patre domino Petro episcopo Spitkone palatino et capitaneo cracoviensi Cristino castellano sandomiriensi..... ...Petro de Szczekocin subdapifero Nawogio de Lankow thesaurario, Sasino de Kige familiare aulae nostrae et aliis quam pluribus nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis Dimitrii praepositi Scarbimiriensis aulae nostrae

cancellarii fidelis dilecti.

192

Tom 56 p. 12-17.

Ludovicus I rex Hungariae et Poloniae monasterio ordinis carthusiensis in Leśnica (in Hungaria) liberam piscationem in ea parte fluvii Dunajec quae ad castrum Czorsztyn spectat, concedit.

In Lipce, Anno 1381 d. 1 Augusti.

Nos Ludovicus Dei gratia rex Hungariae. Poloniae, Dalmatiae etc.
Vos illustrem principem dominum Bolconem ducem Opoliae,
fratrem meum charissimum, castellanum vel vicecastella=
num vestrum de Chorstin, nec non caeteros officiales, famulos
vel vices vestras gerentes, has inspecturos praesentibus requi=
rimus, vobisque committimus, quatenus religiosum virum
fratrem Joannem priorem ordinis carthusiensis monasterii
S. Antonii confessoris, de juxta fluvium Dunajetz et suum
conventum a piscatione fluvii Dunajecz vocati, etiam=
si in portione, et parte nostra regali, quam in dicto fluvio
habemus, pro ipsorum duntaxat usu, sed non jobbagionum
eorundem facienda non inhibeatis, neque interdicatis, sed
permittatis piscatores ipsorum prioris et conventus in dicta
aqua etiam in portione et parte nostra pro victu eorum sem=
per pacifice piscari quia eis ob remedium animae vestrae et
nostrae ac salutem, ex quo iidem non carnibus, sed solum pis=
cibus pro stricta regula utuntur, dedimus in portione nostra
regia praefato fluvio piscandi, pro solo usu et victu eorum
liberam facultatem. Aliud igitur pro nostra gratia non facturi,

jest w Rzyszczewskiego Codex diplom. I p. 250.

futuris etiam castellanis et officialibus praecipimus, illud idem dandi eis, similibus sub praeceptis, praesentes etiam apud eosdem priorem et conventum volumus semper remanere. Datum in Lipce, in festo ad Vincula beati Petri, Anno Domini MCCCLXXXI.

Confirmatus per Hedvigim reginam Poloniae
Dat. in Sandecz 1393 in die s. Gotardi
in Ryszczewski Codex dipl. I p. 249.

W. III p. 181.

Ludovicus Rex Hungariae et Poloniae possessiones monasteriorum monialium ordinis S. Clarae in Cracovia et Antiqua Sandecz ab omnibus exactionibus, salva tantum contributione regali, liberat.

Cracoviae, Anno 1381, die 12 mensis Novembris.

In nomine Domini Amen. Gloriosus Deus in sanctis suis.....

(podobne przywileje równobrzmiące i pod jedną i tąż samą datą otrzymały klasztory także w Tyńcu, Szczerzycu, Miechowie i t.d. – Drukowany ten przywilej w Nakielski: Miechovia. Cracoviae 1634 pag. 317 – tu tylko odmiany co do klasztoru Starosandeckiego przytaczamy:)

„Et cum ecclesia Sanctimonialium monasteriorum et conventuum ad Sanctum Andream in civitate Cracoviensi et in „Antiqua Sandecz ordinis Sancti Francisci seu etiam Beatae „Clarae praedictae diocesis Cracoviensis, ingenti meritorum”.....

......

„debito modo planatis et non cumulatis iuxta modum „ipsorum videlicet Cracoviensis et Sandecensis, quas praedicti Cmetones”..

......

„Praeter autem praemissa nihil omnino ab ecclesiis monasteriorum et conventuum sanctimonialium praedictarum, vel „hominibus et.”....

196

„Actum Cracoviae in crastino Sancti Martini Pontificis
„gloriosi, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octuage=
„simo primo. Datum . . . .
„Poloniae praedicti."

/: Ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandecz, XVII saec. scripto fol. 9 v. – ubi memoratur originale sigillo magno munitum fu= isse. :/

Ricardus de Silvestris auditor curiae romanae sententiam fert, ne praesbyter Sveenam filius Budzislai de Swinczyce ratione ecclesiae et hospitalis s. Spiritus in Neo-Sandecia Petrum filium Joannis de Opole rectorem istius ecclesiae turbare praesumat.

Neapoli, anno 1384 die 28 mensis Martii.

Ricardus de Silvestris de Aversa decretorum doctor domini nostri papae capellanus et ipsius sacri palatii apostolici causarum et cause ac partibus infrascriptis ab eodem domino nostro papa auditor

specialiter

deputatus venerabili viro Sveeman
Budzislai de Swynczicze nec non universis et singulis ad quem vel ad quos praesentes nostrae inhibitionis literae seu publicum pervenerit instrumentum, quocumque nomine censeantur et fulgeant dignitate, salutem in Domino et mandatis nostris ymo verius apostolicis firmiter obedire et praesentibus fidem indubiam adhibere. Nuper ex parte sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentiae papae sexti quamdam commissionem, supplicationis cedulam per certum suum cursorem nobis praesentatam nos cum ea qua decuit reverentia recepisse noveritis tenoris et continentie subsequentis:

Dignetur

Dignetur S. V. causam et causas appellationis et appellationum ac negotii principalis que vertitur vertuntur seu verti et esse sperantur inter Petrum Joannis de Opol rectorem ecclesiae seu hospitalis Sancti Spiritus prope Novam Sandaz, cracoviensis dioecesis ex una et Sveemam Budzislai de Swynczice omnesque alios qui sua putaverint interesse de et super dicta ecclesia seu hospitali Sancti Spiritus et ejus occasione parte ex altera conjunctim et divisim committere alicui de venerabilibus viris dominis auditoribus nostri sacri palatii apostolici causarum audiendam, decidendam, et fine debito terminandam cum omnibus

emergentibus, dependentibus incidentibus et connexis, et cum potestate citandi dictum Sveman et omnes alios supradictos in romana curia et extra et ad partes toties quoties opus fuerit conjunctim et divisim, non obstante quod causa et cetera non sint ad romanam curiam legitime devolutae nec in ea de jure necessitate tractandae et finiendae, praesertim cum dominus Petrus magis hic quam in partibus sperat super praemissis consequi justitiae complementum. In fine vero dictae commissionis seu supplicationis cedulae scripta erant de alia manu littera superiori charactere ipsius cedulae prorsus et omnino dissimili ac

diversa

diversa haec verba videlicet: De mandato domini nostri papae audiat magister Ricardus de Silvestris si sit dictum hospitale beneficiatum et citet ut petitur et justitiam faciat. Post cujusquidem commissionis seu supplicationis cedulae praesentationem et receptionem fuimus per venerabilem virum dominum Petrum Joannis de Opol rectorem ecclesiae seu hospitalis sancti Spiritus prope Novam Sandecz cracoviensis dioecesis principalem et in ipsa commissione seu supplicationis cedula principaliter nominatum et principaliter per se ipsum coram Nobis pro tribunali sedentibus in judicio constitutum cum debita instantia humiliter

requisiti, quatenus in causa et
causa hujusmodi appellationis et
negotii principalis nobis commissis
inhibere deberemus, ac inhibitio-
nem sibi ut moris est in scriptis
et in forma publici instrumenti
tam contra te Sveemam in dicta
commissione seu supplicationis ce-
dula ex adverso principaliter no-
minatum, quam contra alios quoscun-
que decernere et concedere dignaremur
et alias ne ipsa appellationis causa
coram nobis indecisa pendente in sui
et dictae suae causae ecclesiae prae-
judicium et contra nostram jurisdic-
tionem aliquid innovaretur sibi

deberemus de optimo remedio providere;
nos igitur Ricardus auditor praefatus
attendenter requisitionem hujusmodi
fore justam et consonam rationi, ac quod
juste petentibus non est denegandus as-
sensus, nolentesque quod dicta lite coram
nobis indecisa pendente in praejudicium
nostrae jurisdictionis ac dicti domini Pe-
tri Joannis principalis appellationis se
quisque intromittat seu impediat quovis-
modo in causa hujusmodi pro tribunali
sedentes inhibuimus et in his scriptis
tenore praesentium inhibemus: ne tu
Sveemam aut quivis alius cujuscunque
gradus, dignitatis et conditionis existat,
lite praedicta in romana curia coram
nobis indecisa pendente aliquas exequendo

aut exequi mandando summas in
ipsius domini Petri principalis et
dictae suae ecclesiae ac nostrae juris-
dictionis praejudicium per te aut alium
seu alios publice vel occulte et alii qui-
que innovare vel acceptare aut innovan-
dum vel acceptandum facere quo-
modolibet praesumatur vel quivis alter
quoque praesumat. Quod si secus per
te vel alterum quovis conquisito colo-
re vel contingerit acceptari: id totum
revocabimus, cassabimus et annihilla-
bimus et in his animadvertentes ad
statum pristinum curabimus revocare
justitia intercedente. Et ne de praemis-
sis ignorari aliqua in futurum prae-
tendere valeatis, vobis universisque et
singulis tenore praesentium notificamus
et insinuamus

et insinuamus ac adjuramus et cuili-
bet juramentum deducimus per prae-
sentes. In quorum omnium et singu-
gulorum testimonium, certitudinem atque
fidem praesentes nostras inhibitionis
litteras seu praesens publicum instru-
mentum per Antonium de civitate Penn
notarium publicum nostrumque et hujus-
modi causae coram nobis scribam in-
frascriptum scribi et publicari man-
davimus et nostri sigilli fecimus appen-
sione muniri. Datum et actum Nea-
poli apud majorem ecclesiam Neapoli-
tanam nobis ibidem mane hora [illegible] canoni-
ca ad iura reddendum in loco nostro so-
lito pro Tribunali sedentibus sub Anno
Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo
quarto, Indictione septima, die lunae Vice-
sima

Octava Mensis Martii, Pontificatus sanc-
tissimi in Christo patris et domini nostri
domini Urbani divina providentia papae
sexti anno sexto. Praesentibus discretis
viris Magistris Joanne Wael Gwidone,
Francisco et Remberto de List clericis
Trajectensis Paduanensis Monasteriensis
dioecesis et civitatis notariis publicis
scribisque nostris testibus ad praemissa
vocatis specialiter et rogatis

Et ego Antonius de civitate Penn
publicus apostholica auctoritate
notarius ac praedicti domini Ri-
cardi auditoris et hujus modi cau-
se coram eo scriba praedictae in-
hibitionis petitioni comissioni ac
omnibus aliis et singulis dum sic
ut praemittitur per dictum do-
minum auditorem et coram eo
agerentur

agerentur et fierent et una cum
praenominatis testibus praesens
fui, eaque hic vidi, feci et audivi
has litteras seu publicum instru-
mentum per alium fidelem scrip-
torem me aliis occupato subscrip-
si et publicavi cum solito signo
signo meo et appensione Sigilli
dicti domini auditoris rogatus
et requisitus in testimonium prae-
missorum.-

Ricardus de Silvestris auditor curiae romanae sententiam fert ne praesbyter Sveemam filius Budzislai de Swinczycze ratione ecclesiae et hospitalis S. Spiritus in Neo-Sandecia Petrum filium Joannis de Opole rectorem istius ecclesiae turbare praesumat.

203

Copia

Neapoli, anno 1384 die 28 mensis Martii.

Ricardus de Sylwestris de Aversa Decretorum Doctor Domini Nostri Papae Capellanus et Ipsius sacri Palatii apostolici causarum et causae ac partibus infrascriptis ab eodem Domino nostro Papa Auditor specialiter deputatus — Venerabili Viro Sveemam Budzislai de Swynczycze necnon universis et singulis ad quem vel ad quos praesentes nostrae inhibitionis litterae seu publicum, quocumque nomine censeantur et fulgeant dignitate, pervenerit instrumentum, Salutem in Domino et mandatis nostris ymo verius apostolicis firmiter obedire et praesentibus fidem indubiam adhibere. Nuper ex parte Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Urbani Divina Providentia Papae Sexti, quandam commissionem, seu supplicationis cedulam per certum suum Cursorem nobis praesentatam nos cum ea qua decuit reverentia recepisse noveritis tenoris et continentie subsequentis: Dignetur S. V. causam et causas apellationis et appellationum ac negotii principalis quae vertuntur seu verti et esse sperantur inter Petrum Joannis de Opol Rectorem Ecclesiae seu hospitalis Sancti Spiritus prope Novam Sandecz Cracoviensis Dioecesis ex una et Sveemam Budzislai de Swynczycze omnesque alios quorum sua putaverint interesse de et super dicta Ecclesia seu hospitali Sancti Spiritus et ejus occasione parte ex altera conjunctim et divisim committere alicui de Venerabilibus Viris Dominis Auditoribus Nostri Sacri Palatii apostolici causarum audiendam, decidendam, et fine debito terminandam cum omnibus emergentibus, dependentibus

incidentibus, et connexis; Et cum potestate citandi dictum
Sveeman et omnes alios supradictos in Romanam Curiam
et extra et ad partes toties quoties opus fuerit conjunctim et
divisim, non obstante quod causa (et cetera) non sint ad Romanam
Curiam legitime devolutae nec in ea de necessitate Juris tractandae, et
finiendae, praesertim cum Dominus Petrus magis hic
quam in partibus sperat super praemissis consequi justitiae com-
plementum. In fine vero dictae commissionis seu supplicationis ceda-
lae scripta erant de alia manu (littera) superiore (characteres) ipsius Cedulae prorsus
et omnino dissimili (ac diversa) haec verba (videlicet): De mandato Domini Nostri Pa-
pae audiat Magister Ricardus de Silvestris si sit dictum hospi-
tale beneficiatum et citet ut petitur, et justitiam faciat. Post cujus
quidem commissionis seu supplicationis Cedulae praesentatio-
nem et receptionem fuimus per venerabilem virum dominum Petrum
Joannis de Opol rectorem ecclesiae seu hospitalis (Sancti) Spiri-
tus prope Novam Sandec Cracoviensis dioecesis principalem et
in ipsa Commissione seu supplicationis Cedula principaliter no-
minatum, et principaliter per se ipsum coram Nobis pro Tribu-
nali sedentibus in judicio constitutum cum debita instantia
humiliter requisiti, quatenus in causa (et causa) hujusmodi appella-
tionis et negotii principalis nobis commissis inhibere deberemus,
ac inhibitionem sibi ut moris est in scriptis et in forma publi-
ci instrumenti tam contra te Sveeman in dicta Commissio-
ne seu supplicationis Cedula ex adverso principaliter nomina-
tum, quam contra alios quoscunque decernere et concedere digna-
remur et alias ne ipsa appellationis causa coram nobis indeci-
sa pendente in sui et dictae suae causae (ecclesiae) praejudicium et contra
nostram jurisdictionem aliquid innovare[...]tur sibi deberemus

de optimo remedio providere; Nos igitur Ricardus Auditor praefatus
attendentes requisitionem hujusmodi fore justam et consonam rationi;
ac quod juste petentibus non est denegandus assensus, nolen-
tesque quod dicta lite coram Nobis indecisa pendente in praejudici-
um nostrae jurisdictionis ac dicti Domini Petri Joan-
nis principalis appellationis se quisque intromittat seu impediat
quovismodo in causa hujusmodi pro Tribunali sedentes inhibuimus,
et in his scriptis tenore praesentium inhibemus: ne tu Sveeman, aut
quivis alius cujuscunque gradus, dignitatis et conditionis
existat, lite praedicta in Romana Curia coram Nobis indecisa pen-
dente aliquas exequendo aut exequi mandando summas in ipsius
Domini Petri principalis et dictae suae ecclesiae ac nostrae jurisdictionis
praejudicium per te, aut alium seu alios publice vel
occulte et alii quique innovare vel acceptare aut innovan-
dum vel acceptandum facere quomodolibet praesumatur vel quivis alter
quoque praesumat. Quod si secus per te, vel alterum quovis conquisito
colore vel contingerit acceptari; ~~aut innovari aliqua in futu-~~
~~rum praetendere valeatis Vobis universis et singulis tenore~~
~~praesentium notificamus et intimamus ac~~ et id totum
revocabimus, cassabimus et annihilabimus et in his animad-
vertentes ad statum pristinum curabimus revocare justi-
tia intercedente. Et ne de praemissis ignorari aliqua in futurum prae-
tendere valeatis, Vobis universis et singulis tenore praesen-
tium notificamus et insinuamus ac adjuramus et dili-
bet juramentum deducimus per praesentes. In quorum omni-
um et singulorum testimonium certitudinem atque fidem
praesentes nostras inhibitionis litteras seu praesens publi-
cum instrumentum per Antonium de [...] civitate [...] Notarium

publicum nostrumque scribam et hujusmodi causae coram nobis infrascriptum subscribi et
publicari mandavimus et nostri sigilli fecimus appensione
muniri. Datum et actum Neapoli apud majorem
Ecclesiam Neapolitanam et ibidem in loco nostro
solito pro Tribunali sedentibus sub Anno Domini
Millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, Indictione septima, die Lunae vicesima octava Mensis Martii, Pontificatus
Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri domini Ur-
bani divina Providentia Papae sexti, Anno sexto.
Praesentibus discretis viris Magistris Joanne Wael
Grudone, Francisco et Remberto de List clericis Trajectensis
Paduanensis, Monasteriensis et civitatis Dioecesis Notariis publicis
scribisque nostris testibus ad praemissa vocatis
specialiter et rogatis.

Et Ego Antonius de Civitate Penn publicus apostholica
auctoritate Notarius ac praedicti domini Ricardi Au-
ditoris et hujusmodi causae coram eo scriba praedictae Inhibitionis petitioni com-
missioni ac omnibus aliis et singulis dum sic ut praemit-
titur per dictum dominum Auditorem et coram eo agerentur,
et fierent una cum praenominatis testibus praesens fui
eaque sic fieri vidi feci et audivi has litteras seu publicum
Instrumentum per alium fidelem scriptorem me aliis occu-
pato subscripsi et publicavi cum solito signo meo
et appensione sigilli dicti domini Auditoris roga-
tus et requisitus in testimonium praemissorum.

odstapic

Comissio contra altercantes pro hospitali 1384.

R. III Nº 166
p. 330

Hedvigis Regina Poloniae Sydelonem civem Sandecensem scultetum villae Januszowa per Ludovicum Regem Poloniae et Hungariae jure teutonico donatae, a judiciis polonicis liberat.

Cracoviae, anno 1384 die 18 mensis Octobris.

trzeciego zaraz dnia po koronacyi

Hedvigis Dei gracia Regina Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie etc. Domina. Magnificis et nobilibus viris Palatinis, Castellanis, Judicibus, subjudicibus et quibusvis ministerialibus et officialibus ipsius Regni nostri Polonie ac Terrarum supradictarum salutem et graciam. Ad vestram et cujuslibet vestrum tenore presencium deducimus noticiam, quod in nostre celsitudinis constitutus presencia providus vir Sydelo, fidelis civis noster Sandecensis, nostro culmini exponere annuit, quod licet ipse villam dictam Januschowa

alias Jannuschyn nuncupatam, certis pe-
cuniarum summis legitime comparasset, prout
in suis metis et adiacenciis dudum est descripta,
salvis tamen sex marcis polonicalibus, quas
singulis annis ad fiscum nostrum regium sol-
vere consuevit, ab aliis exactionibus, solucionibus,
serviciis, angariis et perangariis, inventis et in-
veniendis, quibuscunque nominibus censeantur,
ipse et sui legitimi heredes esse debeant, pretex-
tu memorate ville, liberi et immunes, et quam-
vis prefata villa Januschowa de iure nostro Po-
lonico in ius Theutonicum, quod Meydburgense
dicitur, secundum omnes modos, iura, consue-
tudines et observancias, cum suis adiacenciis, ac
vestra iurisdictione et potestate, de certa scien-
tia sit translata, eo adiecto modo, quod coram
vobis aut aliquo vestrum, pro causis magnis
seu parvis, puta: furti, homicidii, sanguinis,
incendii, membrorum mutilacionis, citatus mini-

ne debeat
respondere, sed Cmetones prefate ville et
eius adiacenciarum coram ipsorum scultetis,
qui sunt pro tempore, ipsi vero sculteti coram
memorato Sydelone, Sydelo vero coram nobis seu
nostro Judicio Theutonicali, supremi Judicii Cu-
rie nostre Sandecensis; dum tamen per nostram
literam nostro sigillo sigillatam ad hoc citatus,
et in reddenda iusticia negligens fuerit, tunc
de se querulantibus non alio nisi suo iure Meyd-
burgensi Theutonico respondere ad obiecta cuilibet
sit astrictus, prout inter cetera in quodam pri-
vilegio invictissimi Principis et Domini Domini
Lodowici olim Hungarie et Polonie Regis in-
delende memorie genitoris nostri carissimi, vi-
dimus, plenius contineri. Tamen vos Palatini,
Castellani, Judices et subiudices ac alii officia-
les regni nostri, spretis indulgenciis et conces-
sionibus genitoris nostri supradicti, eundem
Sydelonem et eius scultetos et Kmetones non
ad Jus Theutonicum curie nostre Sandecensis,
sed potius in vestrum Polonicum et nobile tra-
here

niteremini contra libertates eidem concessas a regia maiestate. Quapropter vobis omnibus et singulis suprascriptis et presertim vobis Krzyslao Castellano Sandecensi moderno et vices vestras gerentibus et successoribus precipimus et districte mandamus, quatenus ipsum Sydelonem a vestris citacionibus et Judicijs relaxantes, ad Jus Theutonicale quod Meydburgense Dicitur, et ad Curiam Nostram Sandecensem in questionibus contra eum motis vel movendis, juxta suorum privilegiorum tenorem, debeatis remittere, sine dificultate aliquali; Presentes autem post lecturam reddi iubemus presentanti. Datum Cracovie ipsa Die festi beati Luce ewangeliste. Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo quarto, regni autem nostri anno primo.

(Oryginał na pergaminie; pieczęć woskowa wyciśnięta oderwana)

CIV Nº XI

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae libertatem a solutione thelonei in terra sandomiriensi civibus Neo-Sandecensibus a Hedvigi uxore Vladislai Loctici ducis Polonie concessam, approbat.

In Korczyn, anno 1387 die 24 mensis Augusti.

(Cum confirmatione ejusdem regis Vladislai, data Cracoviae, anno 1389 d. 18 Januarii.)

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie Syradie Lancicie Cuiauie Litwanie princeps supremus Pomoranie Russieque dominus et heres. Significamus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris quibus expedit universis. Quod oblata fidelium nostrorum ciuium Sandecensium nostre celsitudini peticio continebat quatenus de innata nobis clemencia literam nostram sigillo nostro minori signatam ratificare innouare approbare et confirmare benigniter dignaremur cuius tenor sequitur in hec verba:

In nomine domini Amen. Wladislaus dei gracia rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Notum esse volumus quibus expedit universis quodlicet ad universorum subditorum quos amplitudo regni nostri complectitur regalis nostra circumspecta benignitas grata

beneficiorum et utilitatum comoda procuranda sollicite sit intenta Nos tamen innata nobis benignitas inducit istorum frequencius salubrium affectare profectuum incrementa quos non solum [magis] ~~xag~~ (~~vel mg~~) fide liqueat et plena [constancia continue] prestitisse verum eciam in eiusdem fidei virtutum firma perseverancia rerum et personarum plurima dampnorum dispendia pertulisse, Sane considerantes clare fidei constanciam et laboris indefessi solerciam quibus cives et incole nostre Sandecensis civitatis ad nostros et regni nostri Polonie instaurandos honores multe diligencie conatibus fidelissime laborarunt et imo ad ea que nostrum et ipsius regni nostri Polonie respiciunt honorem frequentius aspirant, Et signanter cum ijdem cives ea que preclare principis domine Hedwigis olim ducisse Cracovie Sandomirie etc decus et gloriam respexerant intemerate fidei specialium obsequiorum insignijs prosequebantur affectibus operosis quorum eciam intuitu eadem domina Hedwigis memoratis civibus libertates et jura concesserat et donavit continuo infrascriptas Videlicet quod ijdem cives et incole civitatis Sandecensis et eorum successores equites et pedestres cum curribus ipsorum rebus cuiuscunque generis vel speciei fuerint honeratis plenam et omnimodam potestatem habeant transeundi absque quolibet genere solucionis theoloneorum personam ipsius domine Hedwigis concernencium per universos passus et loca terre Sandomiriensis in quibus theoloneum consuetum est exigi et exsolvi nec non

nec non navigium per aquas euntibus cum rebus et mercibus ipsorum in perpetuum pacifice et quiete. Nihilominus theolonea que personam ipsius domine Hedwigis non tangebant memorati cives sunt astricti solvere iuxta consvetudinem ab antiquis temporibus ibidem observatam prout hec omnia in literis eiusdem domine Hedwigis nobis pro parte predictorum civium oblatis vidimus eciam clarissime contineri habito itaque respectu ad multe fidelitatis fructuosa servicia que nobis et predecessoribus nostris prefati cives Sandecenses operosa sollicitudine ut prefatur exhibuerunt et adhuc continuato fidelitatis studio poterint prestancius exhibere, horum intuitu ipsos specialis favoris prerogativa prosequi cupientes, huiusmodi libertates et jura per ipsam dominam Hedwigim sepedictis civibus sandecensibus sic ut premittitur concessas et donatas ratas habentes et gratas ipsas approbamus ratificamus et confirmamus decernentes easdem libertates et jura manere perpetuis temporibus et vigere de nostre regalis plenitudine maiestatis. Ut autem omnia premissa pleniorem obtineant firmitatem literas nostras subappenso nostro maiori sigillo dare volumus, dum primum sculptum fuerit et formatum, Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Nova civitate ipso die beati Bartholomei Apostoli, Anno domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo septimo, Presentibus reverendo in Christo patre domino

Johanne episcopo cracouiensi, ac strenuis viris Spithcone cracouiensi Sandziuogio kalisiensi Jescone Liganza lanciciensi palatinis Krzeslao sandomiriensi et Petro Kmithe lublinensi castellanis, ac aliis multis nostris fidelibus fide dignis Datum per manus venerabilis viri domini Zaclice prepositi sandomiriensis cancellarii, et Clementis de Moscorzow vicecancellarii aule nostre nostrorum fidelium dilectorum.
Nos itaque ipsorum iustis peticionibus acclinati predictam nostram literam in omnibus ipsius punctis, clausulis articulis et sentencijs approbamus ratificamus confirmamus innouamus et laudamus volentes et decernentes eandem nostram literam presentibus insertam hic et obtinere perpetui roboris firmitatem. Actum Cracouie ipso die Kathedre Beati Petri Apostoli Anno Domini Millesimo Trecenthesimo octuagesimo nono, Presentibus Spitkone cracouiensi Johanne de Tharnow sandomiriensi Johanne Liganza lanciciensi palatinis, Drogossio Judice Krzeslao subjudice, Spitkone subcamerario cracouiensibus et aliis pluribus fide dignis. Datum per manus honorabilis Zaclicze prepositi sandomiriensis aule nostre cancellarii fidelis dilecti.

(Oryginał przywileju z r. 1387 na pergaminie; pieczęć mniejsza wisząca na sznurku jedwabnym zielono-różowym. Zia pierzęci z wosku czerwonego w puszce żółtej jest anioł trzymający tarczę herbową na której w górze herby Polski i Litwy, od spodu Ziemi Kaliskiej i Kujawskiej. Napis gotycki dokoła: * wladislaus. dei gra. rex polonie. litwanieq. pns. supremus. et. hes. russ. — Oryginał potwierdzenia z r. 1389 na pergaminie, pieczęć oderwana tylko sznurek zielono-amarantowy pozostał jedwabny)

XXXIII.

Wladislaus (Jagiełło) rex Poloniae Philippo filio Clementis facultatem locandae villae Olszówka jure magdeburgico confert.

Cracoviae, Anno 1388, die 14 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Rerum gestarum memoriam hactenus stabilitam oblivio de facile non detergit: Ideo nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae Lithuaniae princeps supremus et haeres Russiae etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis: Quod cupientes utilitates Regni nostri ampliare, locaque deserta plenitudine hominum colpliare et locare, fideli nostro Philippo Clementis damus et conferimus plenam et omnimodam facultatem villam Olszowka nominatam, in qua sexaginta mansi franconici debent contineri, jure magdeburgensi in sylvis, nemoribus et locis desertis collocandi, quorum mansorum unum pro ecclesia, duos pro sculteto,

nec non molendinum et tabernam liberam una cum sexto denario de censibus et tertio denario de qualibet re judicata ut praemittitur pro sculteto damus, conferimus perpetuaque ac irrevocabili donatione largimur liberaliter ac donamus. Quam quidem scultetiam praedicto Philippo ejusque successoribus legitimis ratione villae collocationis memoratae damus, conferimus et donamus per ipsum Philippum et ejus successores legitimos tenendam, habendam, utifruendam, vendendam, donandam, commutandam et pro suis usibus convertendam ac perpetuis temporibus possidendam, hoc adjecto quod idem scultetus et sui successores legitimi nobis ad quamlibet expeditionem cum una balista in equo bene valenti, libertate exspirata sit astrictus deservire. Et ut praedicta villa in collocatione hominum faciliora suscipiat incrementa omnibus incolis ipsam inhabitare volentibus damus omnimodam libertatem, ipsosque ab omnibus solutionibus, censibus, exactionibus contributionibus et [illegible] quibuscunque nominibus censeantur, absolvimus et omnimode liberamus ad viginti annorum duntaxat decursum a data praesentium continue computando: qua quidem libertate elapsa, de quolibet manso praedicti incolae ad festum

Sancti Martini quolibet anno pro censu et decima tantum quantum in novo foro in laneis collocati solvunt, nobis solvere tenebuntur. Demum praedictae villae Olszowka conditionem volentes facere meliorem, praedictam villam Olszowka, prout in suis metis, granitiis et gadibus ab antiquo circumferentialiter longe lateque est distincta, de jure polonico in jus theutonicum, quod magdeburgense dicitur transferimus perpetuo duraturum, removentes omnia jura polonicalia ibidem modos et consvetudines universas, quae ipsum jus theutonicum plerumque perturbare consveverunt. Eximimus insuper absolvimus et perpetuo liberamus scultetum, cmethones, hortulanos, tabernatores, molendinatores et quosvis incolas praedictae Olszowka ab omni jurisdictione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, judicum, subjudicum, caeterorumque officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis aut aliquo eorum pro causis tam parvis quam magnis puta furti, sangvinis, homicidii, incendii, membrorum mutilationis ac quibuscunque aliis citati minime respondebunt, nec aliquas poenas solvere tenebuntur, sed tantum cmethones et incolae praedictae villae Olszowka coram suo sculteto, qui pro tempore fuerit,

scultetus vero coram nobis aut nostro judicio generali dum ipse scultetus in reddenda justitia negligens fuerit, dum tamen per literam nostram sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit, tunc non aliter quam que jure suo theutonico praedicto cuilibet ad objecta respondere sit adstrictus. In causis vero criminalibus et capitalibus superius expressatis sculteto memoratae villae judicandi, sententiandi, corrigendi et puniendi damus ac conferimus juxta terrae consuetudinem plenam et omnimodam facultatem, prout hoc jus theutonicum magdeburgense in omnibus suis punctis, clausulis et conditionibus postulat et requirit, juribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio literarum. Actum Cracoviae in octava Ascensionis Domini Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo octavo, Praesentibus generosis, strenuis viris Dobeslao castellano cracoviensi, Joanne sandomiriensi, Spitkone cracoviensi, Sandivogio calissiensi, Joanne lanciciensi palatinis, Spitkone succamerario cracoviensi et aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis domini Felicis praepositi sandomiriensis, nostrae aulae cancellarii fidelis nostri dilecti.

(Ex confirmatione Sigismundi Augusti regis data ad praeces generosi Procopii Pieniązek, Cracoviae fer. 5a post festum S. Aegidii 1553 – item ex confirmatione Sigismundi III regis data Cracoviae d. 11 Decembr. 1604 ubi privilegium deperditum ex actis cancellariae minoris descriptum fuisse – item ex confirmatione Augusti II regis Cracoviae d. 3 Octobris 1697 – oblat. ad acta castr. cracov. Sabbato post domin. Laetare 1704 Libr. Relat. Tom. 131 pag. 703–716 № 248)

Vladislaus rex Poloniae Henrico de Klukoczowa sculteciam in villa Klikoszowa confert.

Cracoviae, anno 1389 die 18 mensis Januarii.

In nomine Domini Amen. Wladislaus Dei gratia rex Poloniae, Lithvaniaeque princeps supremus et haeres Russiae etc. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus tenore praesentium tam praesentibus quam futuris quibus expedit universis: quia cupientes regni nostri proventus facere ampliores villaeque nostrae Klukoczowa conditionem facere meliorem ut in collocatione hominum felicia suscipiat incrementa, consideratisque fidelibus obsequiis quae nobis Henricus de Klukoczowa exhibuit et in futurum potuerit praestantius exhibere: horum intuitu praefato Henrico sculteciam in villa praedicta Klukoczowa ejusque haeredibus et successoribus legitimis damus

conferimus perpetuaque donatione et irrevocabili
concedimus et donamus: cui ratione scultetiae
tabernam, quatuor laneos nec non molendinum,
bancum pro sutoribus et aliud pro carnificibus,
sextum denarium de censibus et tertium de qua-
libet re judicata adjungimus, sibique in eadem
villa Klukoczowa sexaginta laneos seu man-
sos collocandi mensurandique facultatem confer-
imus tenore praesentium mediante, omnibusque
incolis et cmetonibus silvas extirpare volenti-
bus aduodecem annorum decursum a data prae-
sentium continue computando damus omnimodam
libertatem; qua libertate expirata de laneo quo-
libet octo scoti ratione census per cmethones
nobis totaliter solvi debent, de quibus eidem
Henrico sculteto et ejus successoribus sextus
denarius ut praemissum est pertinebit, isto
etiam non obmisso quod idem scultetus et ejus
successores nobis ratione servitii pro qualibet
expeditione per nos facienda mediam marcam
polonicalis numeri solvere sit astrictus. Volu-
mus etiam ut eadem villa Klukoczowa jure theu-
tonico maydeburgensi perfruatur: cujus cmethones

et incolas ab omni jurisdictione et potestate om-
nium regni palatinorum, capitaneorum, judicum,
subjudicum, caeterorumque officialium et ministe-
rialium eorundem pro causis tam magnis quam
parvis respondere minime sint astricti nec aliquas
poenas solvere tenebuntur. removentes ibidem
omnia jura polonicalia modos et consvetudines
universas quae ipsum jus theutonicum plerum-
que perturbare consveverunt. In omnibus autem
causis idem scultetus et ejus successores cme-
thones et incolas villae [illegible] praedictae Klu-
koczowa jure praedicto theutonicali maydeburgen-
si judicabunt. Praefatus autem scultetus non
coram alio nisi coram nobis aut nostro judicio ge-
nerali dum per nostram litteram nostro sigillo
sigillatam evocatus fuerit tenebitur respondere.
Harum quibus sigillum nostrum est appensum
testimonio litterarum. Actum Cracoviae ipso
die beati Petri ad Cathedram, Anno Domini
Millesimo Trecentesimo Octuagesimo nono; Prae-
sentibus his strenuis viris Joanne Sandomiriensi,
Spitcone Cracoviensi, Joanne Lanciciensi palatinis,
Spitcone succamerario drogomiriensi judice et
Przeclao subjudice cracoviensi multisque aliis

nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus
honorabilis viri Domini Zaklicze praepositi
sandomiriensis cancellarii aulae nostrae.

(Ex confirmatione regis Sigismundi Augusti
ubi dicitur, quod nobilis Franciscus Klikowski
scultetiae in villa regali Klukoszowa possessor
litteras pergameneas cum sigillo pensili
praesentavit, cui Francisco rex possessionem molen:
dinorum frumentariorum et serariorum,
liberam piscationem in fluvio Lipietnicza, quattuor
montium dictorum Obidowiecz, Rozdzielie, Boko:
wina et Bokowinka, et liberam pasturam
more Valachiae tribuit. Varsaviae in conventu
regni fer. 5 ante dominic. Rogationum 1572
– item ex transsumpto Stephani regis ad pe:
titionem ejusdem Francisci Klikowski dat. Leo:
poli d. 24 Julii 1578. – Induct. ad Acta castr.
cracov. fer. 3a ipso die S. Catherinae Virg. 1578
Libr. Relat. 1578 Tom V pag. 1816–1820 Nr. 1878)

Vladislaus (Jagiello) Rex Poloniae castrum Muszyna cum oppido et villis adjacentibus Joanni de Radlice episcopo cracoviensi donat.

Cracoviae, anno 1391. Die 30 mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ea quae regum Magnifica de-
crevit Authoritas, dignum est, ipsa literarum a-
picibus et fide dignorum testimonio perennari. Pro-
inde nos Vladislaus Dei Gratia Rex Poloniae, nec
non Terrarum Crac. Sand. Siradiae, Lanciciae, Cu-
javiae, Lithuaniae, Pomeraniae, Russiae que Domi-
nus et Haeres, una cum Serenissima Principe
Consorte Nostra charissima Domina Hedvigi ejus-
dem Regni Regina et Haerede legitima nata,
sanctae et aeternae memoriae Ludvici Hun-
gariae et Poloniae regis; significamus tam prae-
sentibus quam futuris praesentium notitiam

habituris; Quod cupientes nostrae, nostrorumque Praedecessorum et successorum Regum et Principum Regni Poloniae, saluti providere, cum indubitanter in coelestes Thesauros immarcescibiles reponi confidimus, quaecunque pro honore et utilitate sacrarum aedium liberaliter erogamus; Castrum Musina cum oppido sub castro sito, dicto Powroźniky, ac villis sibi adjacentibus, et oppido dicto Novum oppidum, alias Miastko cum villis sibi adjacentibus, et aliis pertinentiis, videlicet: Kunczowa, Staszkowa, Wola, Krasnapol, Mikowa, Długi Lang, Andrzejowa, Szczawnik, Łomnicza, Poruń, Florincowa, villis nunc locatis et in futurum ibidem locandis, ac toto dicti Castri territorio et suis pertinentiis et appendiciis universis, aquarum decursibus ad idem spectantibus, videlicet: rivulo Łomnicza, fluvio dicto Poprad cum utriusque littoribus extendente se usque ad summitatem Muszynae, fluvio dicto Kamienicza

mienicza

extendente se usque ad fluvium Biala cum omnibus suis rivulis dictis Potoki; fluvio Biala cum utriusque littoribus, fluvio Muszyna cum omnibus suis rivulis et decursibus aquarum in eundem intrantium; ac aliis omnibus et singulis infra decursus aquarum praedictarum, existentibusque sylvis, borris, rubetis, quercetis, mellificiis, venationibus, piscaturis, agris, pratis, piscinis, paludinibus Reverendo in Christo patri Domino Joanni Episcopo Cracoviensi, nostro Devoto dilecto et suae Ecclesiae Crac. damus, donamus, approbamus, et perpetuis temporibus incorporamus, nihil omnino juris vel dominii pro nobis et nostris successoribus quibusvis in eisdem bonis, si quod nobis et praedecessorum nostrorum successione competebat, reservantes, per Ipsum Dominum Joannem Episcopum et suos successores Episcopos Cracovienses, qui fuerint pro tempore ad Ecclesiam Sancti Stanislai praedictam, perpetuo habere,

tenere, possidere, vendere, commutare, et pro ipsorum omnimoda voluntate quomodolibet convertere, jura, privilegia de et super dictis bonis Castri Musina per praedecessores Nostros Principes dicti Regni Poloniae Episcopis Cracoviensibus et ipsorum Ecclesiae Sancti Stanislai data et concessa, rata et grata habentes, jura et libertates continentia, tanquam ipsorum tenor de verbo ad verbum praesentibus esset inclusus, omnimode et in aevum; harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio Literarum. Actum Cracoviae ipso die Dominico proximo post diem Sancti Jacobi Apostoli Majoris. Anno Dni M.CCC.LXXXXI. praesentibus Bartholomeo Posnaniensi, Joanne de Tarnów Sandomiriensi, Spitcone de Melsztyn Cracoviensi, Joanne de Liganza Lublinensi Sanciciensi palatinis, Petro Kmitha castellano et Drogosio Judice Cracoviensi, aliisque nostris fidelibus quam pluribus fide dignis. Datum per manus venerabilis Zakliere Aulae Nostrae Cancellarii fidelis et dilecti.

(Originale pergam. in archivo capituli eccles. cathedr. cracov.)

Nicolaus et Petrus Gernungi filii atque Mathias Willebrandi consulibus civitatis Neo-Sandeciae medium macellum vendunt et coram judicio advocati provincialis resignant.

Anno 1393 die 29 mensis Januarii.

Anno domini Millesimo CCC^mo^ XCIIJ^io^ Judicium Bannitum exstitit per nos Stasconem dictum Stoenczig advocatum provincialem et scabinos Petrum Cleri Waltherum sartorem Johannem Clare Wincklerum lanificem Mathiam Pastorem Paulum Longum Bartholomeum arcuficem Noue Sandecz In quod venientes Nicolaus Gernungi filius Petrus Gernugi et Mathias Johannis Willebrandi et pro tutore eius Petrus Mornstein dominis consulibus totique communitati Sandecensi medium macellum apud ipsos pro x marcis emptum omni jure quo ipsi possiderunt hucusque resignaverunt. Pro eo nostri scabinatus sigillum presentibus in testimonium duximus appendendum. Datum iiij feria ante festum purificacionis beate Marie virginis gloriose.

(Oryginał na pergaminie, pieczęć oderwana)

CXXIV Resignatio medii macelli

Hedvigis regina Poloniae monasterio ordinis carthusiensis in Leśnica (in Hungaria) annualem pensionem salis ex zuppis bochnensibus inscribit.

Cracoviae, Anno 1393 d. 23 Februarii.

Hedvigis Dei gratia regina Poloniae Lithuaniaeque princeps suprema et haeres Russiae etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis, praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Qualiter habito fide digno nostrorum fidelium Petri Henrici et Gotfridi Galbici, olim salis zuppariorum testimonio, quod videlicet serenissimi principes bonae memoriae domini Casimirus avus et Ludovicus genitor noster charissimus, olim Poloniae reges, quam fuerint bonorum a Deo ipsis collatorum pii et prudentes dispensatores, ob salutem animarum ipsorum, annis singulis, quibus agebant in humanis, duodecim salis centenarios de zuppis Bochnensibus priori et fratribus ejusdem in Valle S. Antoniae alias Lechnicz ordinis carthusiensis, pro domus ipsorum utilitate dare consueverant gratiose, quorum etiam vestigia sequi minimis operibus et in eadem consvetudine salubri cupientes, praefato priori et fratribus dictos duodecim centenarios et ad hos adhuc octo mensuras minuti salis de speciali nostra gratia in eisdem zuppis nostris Bochnensibus per praenominatum priorem

et fratres annis singulis deinceps in antea, perpetue percipiendas contulimus, deputavimus et donavimus ac deputamus et donamus, prouti etiam indubie ea in coelestes immarcescibiles thesauros reponimus, quae pro commodo et sustentatione personarum religiosarum misericorditer erogamus. Vobis igitur universis et singulis salis zuppariis, qui pro tempore fueritis, mandamus seriose, quatenus praefato priori et fratribus singulis annis, dum per aliquem de ipsis, vel nuncium eorum ad hoc specialiter deputatum requisiti fueritis praefatos duodecim centenarios et octo mensuras minuti salis dare sine contradictione et dilatione debeatis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Cracoviae, die Dominico Invocavit, Anno Domini MCCCXCIII.

W. III p. 182-183.

Consules civitatis Cracoviensis recognoscunt, civem Lang Seydel centum marcas argenti pro aedificando hospitali in Neo-Sandecia inscripsisse.

Cracoviae, anno 1400, d. 26 mensis Maji.

Wir Rathmann der Stat Crocow. Bekennen allin den is notdorft ist, das lang seydil vor vns komyn ist in eyn siczczinden Rath vnd sprach, Wysset liben herrin das mich got dirmanit hatte vor czeyten das ich meyn Steynhaus, das ich hatte czum Newinczanse gap czu dem Spital vnd den.. armen czu nuccze mit andirm gute. das ysn (ych) wol wyssinde Nu hatten dy.. Rathmann der Stat Czans. das haus vorkauft, Also noch andir rede vnd sache quam ich czu den.. Rathmann vnd der gemeyn, vnd wart do eyns mit en, alzo, das ich meynen Wyllen dorczu gab, das hundirt marg silbers sullyn gefallin vor das haus, vnd das man mit dem silber sulde bawin das Spital vnd dy Kirche got czu lobe vnd czu eren vnd den sichen czu nuczcze also werre als das gelt wert vnde langth. Also bekenne ich, das sy mir dy hundirt mark geczeychnicz silbers geantwort habin

vnd globe en, hebe ich nicht an czu bawyn adir ge-
rethe czu schicken dorczu, Wen sy mich manen ôbir
eyn ior, adir vir wochin dornoch, zo sal ich en alzo
vil silbers henwedir antwortin. Adir heb ich an vnd
gebe gelt aus, als ich das auch mit en gereth habe
mit ~~[illegible]~~ yrem Wyssen, wen is vordingit wirt,
vnd storbe ich das ich das gelt nicht hette gar aus-
gegebin hundirt marg vorgenant. Was denne blebe,
das sal man den Vormundyn der armen gebin an
alle Wedirrede meyner erbin Kynderen adir vrimde
so syn mündig adir vnmündig das sy vorwerth
das gelt sullin vorbawin an vil zewmnysse alzo
verre das oberige gelt gereychin mag mit Wyssen
meyner Vormunde, des czu eynem gezugnos habe
Wir der genantin Stat Crocaw Segil an desim
briff nedwennyg an gedrockyt. Gegebin an der
mitwochen der heyligen hemiluarth vnsirs liben
herrin Jhu cristi obind Seynir liplichin mensch-
werdunge Tausunt virhundirt Jor.

na pergam.
pieczęć przylepiona była z
wosku czerwonego – której
brak

CXX (w Magistr. Now. Sądcz.)

Consules civitatis cracoviensis recognoscunt quod Lang Seydel confessus sit, se a consulibus neosandecensibus pro vendita domo sua centum marcas argenti accepisse atque hanc summam pro aedificando hospitali cum ecclesia destinasse.

(Cracoviae) anno 1400 die 26 mensis ~~Junii~~ Maji.

Wir Rathmannen der Stat Cracow bekennen allen den is nothdorft ist, das langseydel for uns komyn ist in eyn sitzinden Rathe und sprach: Wysset liben herrin, das mich got dirmanit hatte vor czeyten wy das ich meyn Steynhaus das ich hatte czum Newin Czanse gab czu dem Spital und den armen czu nutze mit andirm gute das ych woll wyssinde Nu hatten dy Rathmanen der Stat Czans das haus vorkauft. Also noch andir rede und Sache quam ich czu den Rathmanen und der Gemeyne und wart do eyns mit en alzo, das ich meynen Wyllen dartzu gab das hundirt marg silbers sulyn gefallin vor das haus und das man mit dem silber sulde bawin das Spital und dy Kirche Got czu lobe und czu eren und den sichen czu nutze also were als das gelt wert unde langth. Also bekenne ich das sy mir dy hundirt mark geczeychnitz silbers geantwort habin. und globe

en habe icht nicht an czu bawyn adir Gerethe czu schicken darczu, wen sy mich manen ob ich eyn yor adir vir Wochin dornoch, zo zal ich en alzo vil silbers henwedir antwortyn. Adir heb ich an und gebe gelt aus als ich das auch mit en gereth habe mit yrem Wyssen, wen is vordint wirt. Und storbe ich, das ich das Gelt nicht hette gar ausgegeben hundirt marg vorgenant. Was denne blebe, das sol man der Vormundyn der Armen geben an alle Wedirrede meyner erbin, Kynderen adir wrimde sy syn mündig adir unmündig, das sy vorwerth das gelt sullen vorbawin an vil zewnise alzo werre das oberige gelt gereychin mag mit Wyssen meyner Vormunde, des zu eynem getzügnos habe Wir der genantin Stat Cracaw Segil an desin Briff nedwenyg an gedruckyt. Gegebin an der mitewochen der heyligen Hemelvarth unsirs liben Herrin Jhesu Christi obind seynir liplichin menschenwerdunge Tausunt virhundirt Jor.

w magistracie Nowego-Sądcza na pargaminie pieczęć której brakuje nie była wisząca – lecz przyłożona.

Petrus Mysz de Radolin episcopus cracoviensis erectionem atque dotationem ecclesiae et hospitalis s. Spiritus in Nova-Sandecia confirmat

Cracoviae, anno 1400 die 3. mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Ne vetustate temporis humani actus insignes naufragium nubilo oblivionis noverint, scripturae perennis vigore et testium adminiculo opportunum respiciunt firmamentum. Et proinde noverint universi

praesentium notitiam habituri. Quia coram nobis Petro Dei gratia episcopo cracoviensi providus et honestus vir Langzidel civis cracoviensis constitutus considerans, quoniam Conditor rerum omnium irreprehensibilis providentiae altitudo subditis suis non ob id solum affluentiam bonorum contulit, ut dominarentur in eisdem, sed ut magis ipsi sibi de suis impertirent, sane cupiens cunctis desideriis ex intimis suis dum in membris corporis viger mentis viget, ratioque ejus mentem regit, quam universalis propago, quae reges et potentates saeculi tractu temporis absorbuit et absorbet plerumque langvor obnubilat, quod non solum rerum talium, verum etiam sui ipsius cogit ipsa ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~

langvoris vehementia oblivisci, hujus modi humanae conditionis inevitabile debitum memorans, quod nihil certius est morte, et nihil incertius hora mortis, singularium virium suarum inclinatione praevenire zelo charitatis et ampliores devotionis uberiorique gratia, ex debito quo praecepto Domini imperatur: Estote parati, nescitis enim, quando tempus sit, sero an media nocte, an galli cantu, an mane, ad opera pietatis, et divini cultus augmentum ob remedium peccaminum progenitorum ipsius atque suorum et pro salute animarum eorundem, tanto diligentius assurgens quanto magis dicto praecepto Domini ad hoc excitatur: ad honorem laudem et gloriam omnipotentis Dei nostri creatoris et gloriosissimae

Virginis Mariae genitricis Domini nostri Jesu Christi, gloriosorumque Apostolorum ejus atque specialiter Sancti Spiritus, sanctae Elisabeth et Undecim millium Virginum beatorum et Omnium Sanctorum testamentum irrevocabile perpetuum nuncupatum atque donationem eam, quae inter vivos bonorum a Deo sibi collatorum pro temporalibus aeterna et pro terrennis coelestia consequi dona, quae ipse Spiritus almus suis devote servientibus confert affluenter, volens fecit, condidit modoque et forma subsequentibus ordinavit. Et primo hospitale quod quondam fuerat situm ante civitatem Novae Sandecz, nunc vero intra civitatem et in eadem civitate Novae-Sandecz de dicto loco translatum existit, murare, ecclesiamque et infirmariam de novo fundare et erigere, ex muro aedificare

aedificare

aedificare disposuit: quod quidem hospitale, intra civitatem praedictam erectum concedimus eisdem privilegiis, juribus, libertatibus, exemptionibus et consuetudinibus nostra autoritate ordinaria gaudere, quibus pristinum quondam hospitale gaudebat. Deinde idem Langzidel ecclesiae dicti hospitalis addidit et appropriavit reliquias videlicet caput Virginis unius de Undecim millibus Virginum et duas manus earundem in argento, et alias in circumferentiis cupro deaurata et crucem argenteam deauratam et perlis ac lapidibus praetiosis ornatam, cum ligno sanctae vivificae crucis nec non tabulas duas se claudententes cum diversorum sanctorum reliquiis cum berillis clausas et cum perlis circumpositis adornatas

in titulis cujuslibet Sancti, calicem argenteum deauratum, tres ornatus de vespieris: primum de azamito rubeo et nigro vario et cruce aurea a retro ornatum, alium de camelia etiam rubri et varii de viridi colore, tertium de czamlet nigro cum alba cruce a retro; missale viaticum et decretales et duo candelabra lignea deaurata et unam campanam de duobus centenariis cupri, caeterasque res ad divinum cultum spectantes; Pro procuratione autem infirmorum in praedicto hospitali pro tempore degentium addidit et appropriavit perpetuo bona, videlicet villas Januszowa alias Zymsthheym Kwieciszowa, Helbrantowa, Wolwawa, Boguszowa et allodium, cum centum ovibus, pecoribus et pecudibus extra

extra civitatem praedictam Novae-Sandecz et penes ipsam situatas cum omnibus proventibus, juribus, fructibus, redditibus et pertinentiis universis juxta privilegia serenissimorum principum Dei gratia regum Ludovici olim Ungariae Dalmatiae, Poloniae et cum Hedvigis Reginae Poloniae ejus natae et consortis serenissimi principis et domini nostri Vladislai moderni Poloniae regis supremi principis Lithvanorum Russiaeque domini et heredis, atque ejusdem domini Vladislai desuper concessa, nec non censum annuum trium fertonum latorum grossorum pragensium de macello carnificum quod Petri Giernusz civis ibidem de Sandecz appellatur, pro quo censu ortus Gomuleti per ipsum Zidlonem est ratione permutationis datus

Petro Germisz supra dicto, nec non domum lapidaeam ibidem in Nova Sandecz, pro cujus praetio etiam debet murari ecclesia et hospitale supradicta, atque locum in quo ecclesia et hospitale eadem situata existunt cum adjacentiis ejusdem, super quibus intuitu ejusdem hospitalis atque personae discreti viri Nicolai rectoris moderni hospitalis ejusdem septuaginta marcas impendit et adhuc Deo concedente plurima beneficia eidem hospitali impendere proponit. Gubernationem autem hospitalis et ecclesiae in observatione divinorum officiorum, regimine infirmorum et cura eorundem animarum statuimus et decrevimus perpetuo taliter observandum: et principaliter, quod consules ~~ci~~
~~civitatis~~

civitatis Novae Sandecz praedictae veluti pristini hospitalis ut praemittitur ante praedictam civitatem olim siti ex privilegiis certis juspatronatus et praesentandi presbyterum idoneum ad instituendum rectorem ecclesiae hospitalis praedicti et ad regimen infirmorum dicti hospitalis obtinebunt ita et in eodem hospitali in civitate praedicta de novo erecto et per praefatum Langzidel fundato, dotato ut praemittitur bonis supra praedictis, et eorundem jus patronatus praesentandi rectorem instituendum ut est praemissum perpetuo obtinebunt. Idem vero rector per nos et per nostros successores institui canonice debet, nostramque et nostrorum successorum authoritatem habebit

audiendi confessiones infirmorum hos-
pitalis praedicti et absolvendi eosdem
etiam in casibus authoritate episcopa-
li nostra et successorum nostrorum
a jure reservatis, conferendique ipsis
infirmis sacramenta confessionis poe-
nitentiae, eucharistiae, unctionis ex-
tremae et recipere decedentes infirmos,
et qui inibi duxerunt ecclesiasticam
eligere sepulturam in ecclesia praedic-
ti hospitalis seu alias ad cemeterium
et locum ad hoc deputatum et consecra-
tum ad ecclesiasticam sepulturam exe-
quiasque ipsorum et vigilias atque mis-
sas defunctorum infirmorum eorundem
nec non in mobilibus festis Beatae Ma-
riae Virginis gloriosae, Sanctae Crucis,
Apostolorum et Evangelistarum

gloriosorum singulis ac sanctorum Mi-
chaelis Archangeli, Stanislai, Stephani,
Laurentii Martyrum, Martini et Nicolai
Confessorum, Agnetis, Dorotheae, Barba-
rae, Margarathae, Catharinae et Undecim
millium Virginum, Elisabeth, Hedvigis,
Annae electarum gloriosarum necnon
in festivitate Omnium Sanctorum, et
in dedicatione Ecclesiae dicti hospitalis
ac in commemoratione animarum diebus
dominicis universis sollennitatibus divi-
na officia in dicta ecclesia hospitalis
celebrare alta voce, campanis pulsatis
et praedicare verbum Dei infirmis supra-
dictis, ita tamen, quod sermo sive prae-
dicatio in ecclesia parochiali per hoc
non impediatur, aliisque diebus omni-
bus et singulis feriatis consueto modo

legere divina officia supradicta indulgemus. Habebunt etiam praefati consules et patroni bona temporalia haereditatis et possesiones dicti hospitalis per se ipsorumque procuratorem deputatum facultatem gubernare et necessaria rectori praedicto in victu et amictu ex dictis bonis temporalibus assignare et ministrare. Et si idem Rector qui pro tempore fuerit ad regendum et procurandum bona temporalia supradicta fuerit constitutus, tunc tam de rebus ecclesiasticis ecclesiae praedictae quam de proventibus eorundem bonorum temporalium praedictorum consulibus praedictis, et cum eis uno vel pluribus

presbyteris idoneis adhibitis, annuatim semel tempore Sancti Martini, rationem tenebitur facere, de perceptis expositis et de remanentiis quibuscumque. Quod si idem rector in ratione eadem bonorum ecclesiasticorum ecclesiae praefatae et proventuum bonorum temporalium praedictorum distractor vel dilapidator vel alias vitae dissolutae et criminosus aliquo crimine notatus inventus fuerit, ipso facto rectorem ecclesiae praedictae hospitalis antedicti et praefati consules alium praesentandi locum habebunt, legitimeque convicto nos et nostri successores alium instituere ad praesentationem eorundem consulum debemus

et nostri

praedecessores debebunt in regimen supradictum. Testamenta quoque et quaecunque donata et donanda ad usus et alimenta infirmorum dicti hospitalis et quaecunque suffragia ad fabricam hospitalis et ecclesiae praedictarum in quibuscunque bonis et rebus fuerint ad ecclesiam et hospitale et infirmos praedictos integre debent pertinere, nullasque super eisdem quocunque titulo aut ratione debebit molestare infirmos praedictos, aut rectorem vel procuratorem ipsorum supradictos a jurisdictione plebani ecclesiae parochialis Sanctae Margarethae civitatis Novae Sandecz ipsos in talibus et aliis eximimus et etiam ~~li~~

~~liiiiiii~~

liberamus: hoc duntaxat excepto, quod idem rector hospitalis in processionibus Rogationum cum Religiosis suae ecclesiae tenebitur interesse cum presbyteris parochialis ecclesiae antedictae nisi in alliciendis eisdem testamentis per ipsos fraus et dolus fuerint commissa, quae omnia fieri et committi per ipsos prohibemus sub poena excommunicationis, quam in hujusmodi ferimus et etiam promulgamus. Et quia omnia praemissa praesente discreto viro Blasio rectore ecclesiae parochialis de Sandecz et consentiente, ordinata, statuta, decreta et indulta per nos existunt sic quoque rite et rationabiliter facta, nos Petrus

episcopus

praefatus authoritate nostra ordinaria confirmamus, ratificamus et praesenti privilegio perpetuo tenenda et observanda roboramus, ad cujus evidentiam pleniorem praesentes scribi et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Actum et datum Cracoviae in curia nostra episcopali in crastino Visitationis Sanctae Mariae Virginis gloriosae, Anno domini Millesimo Quadringentesimo, praesentibus reverendis, venerabilibus ac honorabilibus viris dominis Stephano episcopo Cerentensi, Msciślao abbate monasterii Sinciensis, Andrea praeposito Vladislaviensi, Ottone Scholastico, Joanne Szafraniec, Joanne de Woyniiz canonicis cracoviensibus, ac aliis fide dignis testibus ad praemissa.

Nos igitur consules Sandecensis Novae civitatis promittimus Omnipotenti Deo nec non probo atque honesto viro Longo Schidloni civi cracoviensi et suis legitimis haeredibus praesens privilegium in omnibus suis punctis, clausulis et articulis perpetuis temporibus nostrum juxta posse conservare. Ut haec nostra promissio robur firmitatis obtineat, Sigillum nostrae civitatis praesentibus in testimonium promissorum duximus appendendum. Actum et datum proxima sexta feria ante festum Beatae Margarethae

Virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo primo.-

N° 2 fol. 2.

Petrus Wysz de Radolin episcopus cracoviensis erectionem atque dotationem ecclesiae et hospitalis S. Spiritus in Nova-Sandecia confirmat.

Cracoviae, anno 1400, die 3 mensis Julii.

~~Copia officiose fida~~

233

~~Privilegium Erectionis Hospitalis in San~~ ~~dei Anno Domini 1400.~~ ~

In Nomine Domini Amen. Ne vetustate temporis humani actus insignes naufragium Nubilo oblivionis noverent, scripturae perrennis vigore et testium Adminiculo opportunum respiciunt firmamentum. Et proinde noverint Universi praesentium notitiam habituri: Quia coram Nobis Petro Dei gratia Episcopo Cracoviensi Providus et honestus Vir Langzidel civis Cracoviensis constitutus considerans, quoniam Conditor rerum omnium irreprehensibilis providentiae altitudo subditis suis non ob id solum affluentiam bonorum contulit, ut dominarentur in eisdem, sed ut magis ipsi sibi de suis impertirent, sane cupiens cunctis desideriis ex intimis suis dum in membris corporis vigor mentis viget, ratioque ejus mentem regit, quam universalis propago, quae Reges et potentatus saeculi tractu temporis absorbuit et absorbet, plerumque languor obnubilat, quod non solum rerum talium, verum etiam sui ipsius cogit ipsa languoris vehementia oblivisci, hujusmodi humanae conditionis inevitabile debitum memorans, quod nihil certius est morte, et nihil incertius hora mortis, singularium virium suarum inclinatione praevenire zelo charitatis et amplioris devotionis uberiorique gratia, ex debito, quo praecepto Domini imperatur: Estote parati, nescitis enim, quando tempus sit, ~~Sic~~ sero an media nocte, an galli cantu, an mane, ad opera pietatis et Divini cultus augumentum ob remedium peccaminum progenitorum ipsius atque suorum et pro salute animarum eorundem, tanto diligentius assurgens quanto magis dato praecepto Domini ad hoc excitatur: Ad honorem laudem et gloriam Omnipotentis Dei ~~Nomini~~ Nostri Creatoris et gloriosissimae Virginis Mariae genitricis Domini ~~Nomini~~ Nostri Jesu Christi, gloriosorumque Apostolorum ejus atque specialiter Sancti Spiritus, Sanctae Elisabeth et Undecem

Millium Virginum beatarum, et Omnium Sanctorum, Testamen-
tum irrevocabile perpetuum nuncupatum atque donationem eam,
quae inter vivos bonorum a Deo sibi collatorum, pro tempora-
libus aeterna, et pro terrennis coelestia consequi dona, quae ipse
Spiritus almus suis devote servientibus confert affluenter, vo-
lens fecit condidit modoque et forma subsequentibus ordinavit.
Et primo hospitale, quod quondam fuerat situm ante civitatem
Novae Sandecz, nunc vero intra civitatem et in eadem civitate
Novae Sandecz de dicto loco translatum existit, murare Eccle-
siamque et infirmariam de novo fundare et erigere, ex muro ae-
dificare disposuit: Quod quidem hospitale, intra civitatem praedic-
tam erectum concedimus eisdem Privilegiis, Juribus, libertatibus,
exemptionibus et consuetudinibus nostra autoritate ordinaria
gaudere, quibus pristinum quondam Hospitale gaudebat. Deinde
idem Langzidel Ecclesiae dicti hospitalis addidit, et appropria-
vit Reliquias videlicet Caput Virginis unius de Undecim Mi-
libus Virginum et duas manus earundem in argento, et alias
in circumferentiis cupro deaurata et crucem argenteam de-
auratam et perlis ac lapidibus pretiosis ornatam, cum ligno sanctae Ligno sanctae
Vivificae Crucis, nec non tabulas duas se claudentes cum diverso-
rum Sanctorum Reliquiis cum berillis clausas et cum perlis
circumpositis adornatis in titulis cujuslibet Sancti, Calicem ar-
genteum deauratum, tres ornatus de Respieris: primum de Axa-
mito rubeo et nigro vario et cruce aurea a retro ornatum, alium
de Camelio etiam rubei et varii de viridi colore, tertium de Cam-
let nigro cum alba cruce a retro; Missale Viaticum et decre-
tales et duo candelabra lignea deaurata et unam cam-
panam de duobus Centenariis Cupri, caeterasque res ad
Divinum cultum spectantes. Pro procuratione autem Infir-
morum in praedicto hospitali pro tempore degentium addidit
et appropriavit perpetuo bona, videlicet Villas Januszowa
alias Zymentheym, Kwiecziszowa, Helbrantowa, Wolwawa, Bo-
guszowa et Allodium cum centum ovibus, pecoribus et pecu-

dibus extra civitatem praedictam Novae Sandecz et penes ipsam
situatas cum omnibus proventibus, Juribus, fructibus, redditibus
et pertinentiis Universis juxta Privilegia Serenissimorum Prin-
cipum Dei gratia Regum Ludovici olim Ungariae, Dalmatiae,
Poloniae et cum Hedvigis Reginae Poloniae ejus natae et consor-
tis Serenissimi Principis et Domini ~~Domini~~ Vladislai Moder-
ni Poloniae Regis supremi principis Lithvanorum Russi-
que Domini et Haeredis, atque ejusdem Domini Vladislai de
super concessa, nec non censum annuum trium fertonum lato-
rum grossorum Pragensium de Marcello Carnificum quod Pe-
tri Giernusz civis ibidem de Sandecz appellatur; Pro quo cen-
su ortus Gomuleti per ipsum Zydlonem est ratione permu-
tationis datus Petro Giernusz supra dicto, nec non domum
Lapidzam ibidem in Nova Sandecz, pro cujus pretio etiam
debet murari Ecclesia et hospitale supradicta, atque lo-
cum in quo Ecclesia et hospitale eadem situata existunt
cum adjacentiis ejusdem, super quibus intuitu ejusdem hospitalis at-
que persona Discreti Viri Nicolai Rectoris Moderni hospitalis
ejusdem septuaginta Marcas impendit et adhuc Deo concedente
plurima beneficia eidem hospitali impendere proponit. Guberna-
tionem autem hospitalis et Ecclesiae in observatione Divino-
rum Officiorum, regimine Infirmorum et cura eorundem
animarum statuimus et decrevimus perpetuo taliter observan-
dum: Et principaliter, quod Consules Civitatis Novae Sandecz prae-
dictae veluti pristini hospitalis ut praemittitur, ante praedictam
Civitatem olim siti ex privilegiis certis jus patronatus et Praesen-
tandi Presbyterum idoneum ad instituendum Rectorem Eccle-
siae hospitalis praedicti et ad regimen infirmorum dicti hos-
pitalis obtinebunt ita et in eodem hospitali in civitate
praedicta de novo erecto et per praefatum Langzidel fundato, dotato
ut praemittitur bonis supra praedictis, et eorundem jus Patrona-
tus praesentandi Rectorem instituendum ut est praemissum perpetuo obti-
nebunt. Idem vero Rector per nos et per Nostros Successores

institui Canonice debet, nostramque et Nostrorum Successo-
rum Authoritatem habebit audiendi Confessiones infirmorum
hospitalis praedicti et absolvendi eosdem, etiam in Casibus Autho-
ritate Episcopali Nostra et Successorum Nostrorum a jure reser-
vatis, Conferendique ipsis infirmis Sacramenta Confessionis
Poenitentiae, Eucharistiae, Unctionis extremae et recipere decedentes
infirmos; Et qui inibi duxerant Ecclesiasticam eligere Sepul-
turam in Ecclesia praedicti hospitalis seu alias ad Cemeterium
et locum ad hoc deputatum et consecratum ad Ecclesiasticam
Sepulturam exequiasque ipsorum et Vigilias atque Missas De-
functorum infirmorum eorundem nec non in Mobilibus Fe-
festis Beatae Mariae Virginis gloriosae [Sanctae] Crucis, Apostolorum
et Evangelistarum gloriosorum, singulis ac Sanctorum Mi-
chaelis Archangeli, Stanislai, Stephani, Laurentii, Martyrum,
Martini et Nicolai Confessorum, Agnetis, Doroteae, Barba-
rae, Margarethae, Catharinae et Undecim Millium Virginum,
Elisabeth, Hedvigis, Annae electarum gloriosarum nec non
in festivitate Omnium Sanctorum, et in dedicatione Eccle-
siae dicti Hospitalis ac in Commemoratione Animarum
Diebus Dominicis, Universis Solemnitatibus Divina Officia
in dicta Ecclesia hospitalis celebrare, alta voce campanis pul-
satis et praedicare Verbum Dei infirmis supradictis, ita tamen
quod sermo, sive praedicatio in Ecclesia parochiali per hoc non
impediatur, aliisque diebus omnibus et singulis feriatis consue-
to modo legere Divina Officia supradicta indulgemus. Habe-
bunt etiam praefati Consules et Patroni bona tempora-
lia haereditatis et possessiones dicti hospitalis per se ipso-
rumque Procuratorem deputatum, facultatem gubernare
et necessaria Rectori Praedicto in victu et amictu ex dictis
bonis temporalibus assignare et ministrare. Et si idem Rec-
tor qui pro tempore fuerit, ad regendum et procurandum bona
temporalia supradicta fuerit constitutus, tunc tam de Re-
bus Ecclesiasticis Ecclesiae praedictae, quam de proventi-

bus eorundem Bonorum temporalium praedictorum, Consuli-
bus praedictis, et cum eis uno vel pluribus Presbyteris idoneis ad-
hibitis, annuatim semel tempore [Sancti] Martini, rationem tene-
bitur facere, de receptis expositis et de remanentiis quibuscun-
que. Quod si idem Rector in ratione eadem bonorum Ecclesiasti-
corum Ecclesiae praefatae et proventuum bonorum temporalium
praedictorum, distrator vel dilapidator vel alias Vitae dissolutae
et criminosus aliquo crimine notatus inventus fuerit, ipso facto
Rectorem Ecclesiae praedictae hospitalis antedicti et praefati
Consules, alium praesentandi locum habebant legitimeque con-
victo, nos et Nostri Successores alium instituere ad praesen-
tationem eorundem Consulum debemus et Nostri praedecessores
debebunt in regimen supradictum. Testamenta quoque et quae-
cunque donata, et donanda ad usus et alimenta infirmorum
dicti hospitalis et quaecunque suffragia ad fabricam hos-
pitalis et Ecclesiae praedictarum in quibuscunque bonis et
rebus fuerint ad Ecclesiam et hospitale et Infirmos praedic-
tos, integre debent pertinere, Nullusque super eisdem quocunque ti-
tulo aut ratione debebit molestare infirmos praedictos aut
Rectorem vel Procuratorem ipsorum supradictos a Jurisdic-
tione Plebani Ecclesiae Parochialis Sanctae Margarethae Civi-
tatis Novae Sandecz ipsos in talibus [totaliter] eximimus et etiam libe-
ramus: hoc duntaxat excepto, quod idem Rector hospitalis in
Processionibus Rogationum cum Religiosis suae Ecclesiae
tenebitur interesse cum Presbyteris Parochialis Ecclesiae an-
tedictae nisi in alliciendis eisdem testamentis per ipsos fraus
et dolus fuerint commissa, Quae omnia fieri et committi
per ipsos prohibemus sub poena excommunicationis, quam
in hujusmodi ferimus et etiam promulgamus. Et quia om-
nia praemissa praesente discreto Viro Blasio Rectore Eccle-
siae Parochialis de Sandecz et consentiente ordinata statu-
ta, decreta et Indulta per nos existunt [sic] quoque rite et
rationabiliter facta, Nos Petri Episcopus praefatus

authoritate nostra ordinaria confirmamus, ratificamus et praesenti privilegio perpetuo tenenda et observanda roboramus; ad cujus evidentiam pleniorem, praesentes scribi et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Actum et Datum Cracoviae in Curia nostra Episcopali, in Crastino Visitationis Sanctae Mariae Virginis gloriosae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, praesentibus Reverendis Venerabilibus ac honorabilibus viris Dominis: Stephano Episcopo Ceretensi, Mscislao Abbate Monasterii Tinicensis, Andrea Praeposito Vladislaviensi, Ottone Scholastico, Joanne Szafraniec, Joanne de Wosnicy Canonicis Cracoviensibus ac aliis fide dignis testibus ad praemissa.] Nos igitur Consules Sandecenses Novae Civitatis promittimus Omnipotenti Deo nec non probo atque honesto Viro Longo Schidloni Civi Cracoviensi et suis legitimis Heredibus praesens Privilegium in omnibus suis punctis Clausulis et Articulis perpetuis temporibus nostrum juxta posse conservare. Ut hac nostra promissio robur firmitatis obtineat, Sigillum nostrae Civitatis praesentibus in testimonium promissorum duximus appendendum. Actum et Datum proxima Sexta feria ante festum Beatae Margarethae Virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo primo (L. S.) Sigillum magnum pensile.

a capite i odstępu

~~Ex Libro antiquo Instrumentorum Monasterium Neosandecense PP. Praemonstratensium et hospitale S. Spiritus tangentium fol. 2. N° 2.~~

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae venditionem villae Kamionka per Omelthonem consulibus Neosandecensibus approbat eandemque villam de jure terrestri eximit.
In Biecz, anno 1402, die 30 mensis Octobris. 236

CCXII

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Dum vivit Litera, vivit et actio commissa Literae, cujus assertio nutrit memoriam et labiles semper perpetrat Actiones. Proinde Nos Vladislaus Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithvaniaeque Princeps, Pomeraniae Russiaeque Dominus et Heres, Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium Notitiam habituris: Quomodo ad Nostrae Majestatis Nostrorumque Baronum veniens praesentiam Omeltko non compulsus non coactus, neque aliquo errore seductus, sed ex certa scientia voluntateque ultronea sanus mente et corpore suorum fretus Consilio amicorum Villam suam Kamionka ante Civitatem Sandecensem sitam cum omnibus et singulis ejus utilitatibus, fructibus, proventibus, Censibus, Agris, Pratis, Campis, Pascuis, Bladis, Sylvis, Merricis, Gajis, Rubetis, Quercetis, Virgultis, Venationibus, Aucupationibus, fluviis, Rivis, Piscinis, Piscaturis, Lacubus, Paludibus, Mellificiis, Molendinis, Aquis et earum decursibus prout in suis metis et granitiis longe late ac circumferencialiter ab antiquo est circuitata et distincta, Providis Viris Civibus Sandecensibus pro Ducentis Quinquagenta Marcis Grossorum Pragensium Numeri Polonicalis Quadraginta Octo Grossos in Marcam quamlibet computando recte et rationabi-

biliter justoque venditionis titulo vendidit, et coram nobis per
petuo resignavit, habendam, tenendam, utifruendam et
pacifice temporibus perpetuis possidendam. Quos quidem
Cives Sandecenses quomodo et ipsam Civitatem amplio,
ribus favoribus prosequi cupientes eandem Villam
Kamionka ad Jus et proprietatem ipsius Civitatis
et Civium Sandecensium addicimus, adjungimus, ap
propriamus, incorporamus, annectimus de Jure
terrestri et de omnibus Servitiis Nobis debitis ipsam eximen
tes et libertantes, decernentesque tenore praesentium
quod ipsa Villa taliter per nos libertata et exempta
non plus nisi Exactiones et Contributiones quae
Schossy dicuntur cum ipsa Civitate Nostra Sandecen,
si temporibus consvetis nobis solvat. Eximimus
insuper absolvimus et perpetuo liberamus praedic
tam Villam Kamionka et Incolas ipsius ab omni
Jurisdictione et potestate omnium Regni Nostri
Palatinorum, Judicum, Subjudicum et quorumvis Officia
lium et Ministerialium eorundem, ut coram ipsis
vel eorum aliquo pro causis tam magnis quam
parvis puta furti, Sanguinis, homicidii, incen,
dii, Membrorum mutilationibus ac quibusvis aliis enor
mibus excessibus citati minime respondebunt, nec
aliquas poenas solvere tenebuntur, Sed tantum
Cmethones et Incolae praedictae Villae, advocato San,
decensi eodem jure Theutonico quo Cives et In,
colae Sandecenses gaudent et fruuntur de se querel,

lantibus tenebuntur respondere, Prout hoc
ipsum Jus Theutonicum in omnibus suis punc
tis Sententiis, articulis, conditionibus et clau=
sulis postulat et requirit, Juribus tamen nos=
tris Regalibus in omnibus semper salvis. Harum qui
bus Sigillum Nostrum appensum est testimonio
litterarum. Actum in Becz feria secunda proxima
ante festum Omnium Sanctorum Anno Domini
Millesimo Quadringentesimo secundo, Praesen
tibus Reverendis in Christo Patre Domino Petro
Dei gratia Episcopo Cracoviensi, nec non vali
dis strenuisque nostris Johanne de Tanczin Castel
lano Cracoviensi, Johanne Ligenza Lanciciensi,
Jacobo de Koniecpole Sieradiensi Palatinis, Nico
lao de Michałow Castellano Wognicensi et Grijewossio de Tatowice Subcamerario Cracoviensi
multisque aliis nostris fidelibus fide dignis. Da
tum per manus venerabilis in Christo Patris Domi,
ni Nicolai Dei gratia Sanctae gnesnensis Eccle
siae, Archi Episcopi, Nobis sincere dilecti. Bar
tholomaeus Dnus Johannes de Tanczin Castella
nus Cracoviensis

Vladislaus (Jagiello) Rex Poloniae civibus Neo-Sandecensibus modum in adeunda haereditate post decessum uxoris praescribit.

Cracoviae, anno 1403, die 9 Mensis Martii.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humanae naturae commoda nihil dignius memoria habeatur opportunum existit, ut actus hominum literarum apicibus et testium annotatione perhennentur. Proinde nos Vladislaus Dei gratia rex Poloniae Lithuaniaeque Princeps supremus et haeres Russiae etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris quod attentae mentis intuitu perpendentes clarae fidei constantiam et multarum probitatum merita quibus cives nostri Sandecenses nostram celsitudinem hactenus venerabantur et in posterum ut non ambigimus non desinent venerari horum intuitu volentes ipsos specialis gratiae praerogativa praevenire et eos in juribus et libertatibus ac privilegiis cum civibus nostris Cracoviensibus coequare, ipsos his praerogativis infrascriptis circa matrimonia contrahenda volumus perfrui et gaudere horum tenoribus jugiter decernentes: Quod quandocunque uxor alicujus civis Sandecensis decesserit ex hac vitae luce, tunc omnia

suppellectilia non ad aliquem alium nisi ad maritum et pueros ipsius cujuscunque sexus fuerint pertinere debent et devolvi aliis omnibus propinquis exclusis. Si vero pueri non fuerint extunc omnia suppellectilia quae praedicta uxor mortua ad maritum ejus apportaverat vel etiam dictorum suppellectiliorum remanen sorori dictae mortuae aut cognatae ipsius in linea consangvinitatis devenire puteth Si autem aliquis virorum prima sua uxore defuncta et secunda et contraxerit cum tertia 3demque vir procedat ex hac vita, extunc omnia suppelectilia quae alias in teutonico Geradae dicuntur quae ipsorum tempore conquisita sunt parte ab utraque non ad alium nisi ad solam relictam pertinebunt et integraliter devolventur contradictione cujuslibet quiescente. Quae quidem jura superius praemissa eidem civitati Sandecensi conferimus et donamus perpetuo et in aevum. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Cracoviae feria sexta ante dominicam Reminiscere Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tertio. Praesentibus his validis strenuisque viris Joanne de Tenczyn castellano cracoviensi, Joanne de Tarnow cracoviensi, Sandziwogio Swidwa Poznaniensi, Petro Kmita sendomiriensi, Sendziwogio de Schubin calisiensi, Joanne Ligeza lanciciensi et Jacobo de Koniecpole sieradiensi palatinis multisque aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis in Christo Patris domini Nicolai de Kurow Sanctae Gnesnensis ecclesiae Archiepiscopi nobis sincere dilecti, Reverendi Joannis de Tenczyn Crac.

p. 17.–18.
ratione Geradd

R. III No 186
p. 364

Nicolaus Treutil advocatus cum scabinis neo-sandecensibus notificant Johannem Euler in judicio ordinationem bonorum suorum fecisse, eademque uxori suae Aluschiae resignasse cum conditione exsolvendi certas summas nepoti suo Stanislao, ecclesiae parochiali, monasterio Franciscanorum et hospitali in Nova-Sandecia.

Neo-Sandeciae, anno 1403, die ii mensis Aprilis. d. 25 April

Nos Nicolaus Treutil aduocatus Sandeciensis Noue, Petrus Gerungi Johannes Bonenstet Nicolaus pistor et Harnuth et Myco lanifices Johannes Frolingy scabini notum volumus esse quibus expedit vniversis Quod ad nostram accedens presenciam Judicio in banito providus vir Johannes Euler sanus composque ratione mortem pocius volens preuenire quam preuenire [precavere?] et post sui obitum singula bona sua mobilia et imobilia cum vtensilibus domus nil excepto virtuose domine Aluschie sue legitime conthorali pro necessitate sua dimittendi et faciendi resignavit ipsa vero domina Aluschia conformem sibi resignationem fecit viceversa sed (β) post obitum utriusque ipsorum domini consules pro nunc sandecenses potentes esse debent de bonis eorum manentibus centum marcas cum

quadraginta marcis Stanislao filio filie eorum Katherine si ad annos pervenerit discretionis et frui poterit vel prolem habuerit cum domo eorum plenarie dare et presentare sin autem Stanislaus antedictus morietur antequam ad annos pervenerit discrecionis et prolem non generaret extunc quinquginta marcas ecclesie sancte Margarethe et quinquaginta marcas claustro Beate Virginis nec non quinquaginta marcas pro dictarum hospitali (hosf^ti) centum cum quinquaginta marcas dari fecit et assignauit. Residua vero bona remanencia cum domo prehabita ad proximos virorumque eorum amicos devolvi debent secundarij equam diuisionem ultimo si non longus Paulus pater Stanislaij prenominati se vellet de nominatis centum marcis cum quinquaginta marcis antequam ad annos deuenerit intromitere ex tunc consules prehabiti consentire non tenentur. In cuius reij euidenciam nostri scabinatus sigillum duximus appendendum. Datum quarta feria post dominicam Quasi modo geniti. Anno domini Millesimo CCCC.^mo Tercio. Si vero longus Paulus sufficientem caucionem posuerit extunc domini consules dictas centum marcas cum quinquaginta Paulo dare tenebuntur omni absque contradiccione.

(Oryginał na pergaminie, pieczęci brakuje)

CXXXII

Q. III № 187
p 365

Nicolaus haeres de Jodlownik medietatem piscinae inter Jodlownik et Dobroniow jacentis monasterio in Szczyrzyc ~~[illegible]~~ vendit.

Cracoviae, anno 1403 die 3. mensis Octobris. d. 4 Octobr.

Nos Michael judex et Dobeslaus subiudex terre Cracoviensis generales, notum facimus quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quod accedens ad nostram nostrorumque assessorum presenciam nobilis vir Nicolaus Heres de Jodlowniky, sanus mente prout et corpore existens, non compulsus nec coactus, sed de bona voluntate sua iugiter prehabita, medietatem piscine sue deserte tocius super flumine Potok inter Jodlownikij et inter Dobrognew jacentem, cum ipsius medietatis piscine omnibus: jure, utilitate, dominio, aggere et fossatis; nihil pro se juris vel utilitatis

in eadem medietate piscine reservando, pro viginti marcis pecunie communis, numeri polonicalis consueti, venerabili Domino Nicolao Abbati totique conventui monasterij de Czyrzycz et ipsorum successoribus legitimis, in totum vendidit et in perpetuum coram nobis judicialiter resignavit, promittens pro omni impedimento atque Dampno juxta jus terrestre ubilibet eisdem stare de promissis, per ipsos dominum Abbatem et Conventum premissa perpetualiter tenenda, habenda, utifruenda, possidenda et in usus ipsorum beneplacitos convertenda, ita tamen, quia ibidem Dictus Dominus Abbas et Conventus dictam medietatem piscine predicte habet sublevare et sibi obtinere quam ei melius videbitur, et cum rubetis ac arboribus de silvis (?) ibidem aggerem reformabunt, et ipse Nicolaus venditor in nullo eisdem emptoribus nocere in premissis Debebit. In

cuius rei testimonium sigilla presentibus nostra sunt appensa. Actum et Datum Cracovie in Colloquio generali feria quarta proxima post diem sancti Michaelis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo tercio. Presentibus strenuis Dominis Jaschcone de Tharnów Palatino, Johanne de Thanczyn Cracovien. Cristino Sandecensi, Jmramo Zawichostensi, Clemente Radomiensi et Clemente Czechoviensi Castellanis, pluribusque alijs fidedignis.

Joannes de Tenczyn castellanus cracoviensis unam medietatem fluvii Dunajec castro Czorsztyn, alteram vero monasterio ordinis carthusiensis in Lesnica (in Hungaria) adjudicat.

Cracoviae, Anno 1404, d. 20 Augusti.

Joannes de Thanczin castellanus et capitaneus cracoviensis significamus quibus expedit tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris. Volumus fore notum, quomodo ex commisso speciali serenissimi principis et domini domini Wladislai Dei gratia regis Poloniae domini nobis gratiosissimi, alias facta, lites, controversias et guerras inter castrum Chorstin et bonorum sibi adjacentium parte ex una, et inter monasterium Leihnicz in Valle S. Antonii ordinis Carthusiensis parte ex altera, diu motas super fluvio dicto Dunajecz in vulgari nemoribus sylvis et pratis circa et penes dictum fluvium existentes deffinimus, sententiavimus et judicialiter decrevimus ita videlicet: quod castrum praedictum Chorstin et procuratores ipsius castri pro tempore existentes, medietatem praedicti fluvii Dunajecz habere, tenere et possidere debent perpetuis temporibus. Monasterium autem praedictum medietatem dicti fluvii, nemoribus sylvis et pratis, penes et circa

partem ipsorum exstantibus gaudere debebit, conditione tamen tali adjecta, quod ubicunque et per quae loca dictus fluvius Dunajecz cursum suum seu meatum diverterit, nihilominus id, quod per ~~te~~ transitum dicti fluvii ampliatum fuerit parti cuique, tam castro Chorstin quam etiam monasterio, hoc idem tam castrum quam etiam monasterium pacifice habere debebit, juxta terrae et regni Poloniae consvetudinem juris ordine diu tentam et ab antiquo observatam. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et datum Cracoviae feria quarta infra Octavas Assumptionis Sanctae Mariae Virginis gloriosae, Anno Domini MCCCCIV. Praesentibus his testibus honorabilibus strenuis ac nobilibus viris domino Nicolao Vicecancellario domini regis, Segotha de Pysary vexillifero, Thomasio judice, Dobeslao subjudice Cracoviensi, Joanne de Sosecouczmo capitaneo sandomiriensi et aliis plurimis fide dignis.

W. III p. 183-184

Judicium terrestre cracoviense ad requisitionem Johannis Ligęza palatini lanciciensis privilegium super villam Kasina deperditum nullius valoris esse, declarant.

Cracoviae, anno 1404, die 2 mensis Octobris.

Nos Thomas judex et Dobeslaus subjudex terrae cracoviensis generales notum facimus quibus expedit universis praesentium notitiam habituris: Quod coram nobis et assessoribus in judicioque nostro strenuus miles Andreas haeres de Korabobo subcamerarius plocensis judicialiter conventus et etiam apprehensus litteram quandam privilegialem super villa Kasina dicta circa et apud se ipsum contra strenuum militem dominum Joannem Liganza palatinum lanciciensem negavit se obtinere dicens omnino penitus ipsam literam eum non habere. Et nos audita ejus negatione domini Andreae decrevimus tenoreque praesentium decernimus taliter observandum videlicet: ita si aliquando ipsam literam

super praedicta villa Kasina idem dominus Andreas vel alter aliquis contra praedictum dominum Joannem palatinum enervaret ostendendo, ipsius litterae vigor atque tenor nullam habebit firmitatem nec ipsi domino Joanni palatino in dicta villa in aliquo ipsa littera praejudicare seu nocere debebit. Actum et datum Cracoviae in colloquio generali feria quinta proxima post diem sancti Michaelis Anno Domini M°CCCC° quarto; Praesentibus strenuis dominis Joanne de Tarnow palatino, Joanne de Tarnow cracoviensi, Cristino sandomiriensi, Cristino sandecensi, Clemente radomiensi et Clemente Czechoviensi castellanis praesentibusque aliis testibus fide dignis. Per manus Michaelis notarij.

(Ex libro manuscripto: „Prothocollon privilegiorum, fundationum conventus S. Trinitatis fratrum „Praedicatorum per fr. Arnolfum Presinium „descriptum a. 1648." fol. 349)

Judicium arbitrale causam ratione metarum inter villas Gora monasterii Szczyrzycensis et Krzesławice nobilis Stachnik de ibidem componunt.

Cracoviae, anno 1408, die – mensis Februarii.

Nos Jacobus dictus Czyska de Chrzączyce principalis et Philippus de Chrobercz [arbitratores] notam facimus 1435 quibus expedit universis tenore praesentium: quod cum inter venerabilem virum dominum Nicolaum abbatem et ejus conventum de Szczyrzyc principalem parte ex una et inter nobilem dominum Stachnik haeredem de Krzesławice parte ex altera, pro quibusdam sylvis et rubetis similiter et pratis excultis in sylva Dziektarnia sic dicta cum quibusdam terris excultis decrescentibus penes fluvium Stradomia versus lapidem extentum alias za kamieniem a multis retroactis annis ac temporibus fundamentaliter per non paucos piae recordationis abbates praedicti Szczyrzyc fuerant

exculta et constituta in materiam quaestionis fuisset ventilata et exorta. Quia venerabilis vir dominus abbas cum suo conventu nobilem dominum Stachnik de Krzesławice citasset et citare procurasset ~~et citare procurasset~~ et cum eadem causa fuit controversa per multos et varios terminos hic inde fuisset (locu)tillata [ven] et pronuntiata: in termino itaque videlicet quarta feria post festum Nativitatis Sanctae Mariae per dominos Joannem de Oleśnica judicem et Dobieslaum de Kosthozyce subjudicem Cracovienses generales, posito et assignato affluenteque termino: nos itaque assumpto Dei adjutorio, de unanimi voluntate et consensu eorum amicabili, tanquam veri arbitratorum, Deum prae oculis habentes, propter bonum et concordiae pacis inter venerabiles dominum abbatem et ejus conventum, pariter et nobilem Stachnik, nos compositores ad hoc specialiter petiti et vocati, probavimus et examinavimus pro justitia exhibenda et facienda unicuique parti. Quia idem animo deliberativo nobilis Stachnik haeres de Krzesławice non compulsus, nec coactus, nec aliqua fraude seductus recognovit ac fassus est coram nobis arbitris realiter et cum effectu existens sanus mente pariter et corpore, habere potius jus dominum abbatem et ejus conventum in praedictis pratis, campis, sylvis, mericis, rubetis in utroque littore praedicti fluvii Stradomia, recipiendo summitatem castri deserti dicti Niris ad ipsum nec ad posteros ejus nil pertinere debere in praedictis pratis superius expressis, nisi ad possessionem conventus praedicti devolvi praedicta prata integraliter et ex toto. Caeterum lapis extentus distingvit et ostendit recte granities inter haereditatem Gora et Krzesławice, prout in hactenus tenemus et servamus, usque ad fluvium dictum Schawe, qui ulterius nos dividit et divisionem facit. Harum quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio literarum. Datum Cracoviae die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo octavo, Praesentibus his testibus: nobili domino Clemente de Moskorzow castellano visliciensi, domino Wierzbięta de Raciborzany et domino Droboth de Jodlownik, domino Jacussio de Kaszczyce, multisque aliis fide dignis.

(Oblat. ad acta castr. crac. fer. 2a ante fest. Purificat. B. V. Mariae 1720 per Malachiam Dzierzkowski ord. cisterc. conventus Sciricien. subpriorem, ubi memoratur literas has granitiales in pergameno scriptas duobus sigillis pensilibus ceraeis munitas fuisse, quorum sigillorum unum integrum, alterum vero in parte destructum erat. — Lib. Relat. G. 143 p. 310 — 313, 779 [illegible] 801)

Nicolaus Freyberg civis Cracoviensis quartam partem Advocatiae Neo-Sandecensis Nicolao Strelicz Advocato vendit.

Neo-Sandeciae, Anno 1409, die 9 mensis Januarii.

In nomine Domini Amen. Quoniam cunctorum perit memoria factorum nisi scripturae praesidio, testiumque fide dignorum adminiculo fuerint lucide perhenita: proinde nos Jacobus Pheystrep Juris provincialis alias feudalis Scultetorum, Curiaeque regalis in Nova Sandecz Viceadvocatus et septem Scabini Juris et iudicii eiusdem, videlicet Lorko de Sedlecz, Franko de Gostwicza, Jacobus de Czetrzewina, Stanislaus de Pysarzowa, Jaszko de Kamionka, Stanislaus de Olbeda, et Franko de Konuszowa Scultetique villarum suprascriptarum districtus Sandecensis notificamus iudicio ex bannito, publice recognoscentes

quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris harum seriem literarum nostrae recognitionis inituris: Quod die iudiciali debito accedens nostram iudiciique nostri banniti praesentiam circumspectus vir Nicolaus Freyburg concivis Cracoviensis, ac olim Advocatus Sandecensis non coactus, non compulsus nec alicuius erroris scrupulo circumventus, sanus mente pariter et corpore suorum fretus consilio amicorum praematuro recognovit, se unum quartale totius Sandecensis Advocatiae apud Nicolaum Trewtyl Sandecensem advocatum per ipsum empti alias per eundem Trewtyl Advocatum quondam tenti, et adhuc quartum et residuum quartale in sua idem Trewtyl habet atque tenet possessione, honesto viro Nicolao Strelicz Sandecensi haereditario Advocato cum omni iure et dominio quibus ipsum Advocatiae quartale praedictum solus habuit, tenuit et possedit, pro quingentis marcis latorum grossorum Pragensium pagamenti, cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, censibus, emergenciis, decidenciis et appendiis universis, uti sylvis, agris, rubetis, gaiis, pascuis, pratis, mellificiis, aquis et earum decursibus, rite et rationabiliter vendidisse, nihil sibi, suisque successoribus in civitate vel extra civitatem penitus exceptis, sed prout eodem quartale Advocatiae in suis circumferentiis, limitibus et granicieus longe lateque est distinctum ab antiquo et limitatum, eiusdem Advocatiae quartale memoratus Freyburg praefato Nicolao Strelicz Advocato suisque legitimis successoribus coram nobis perpetuis temporibus, toto iure resignavit, faciens ipsum suosque succedaneos verum et legitimum eiusdem quartalis Advocatiae perpetuumque possessorem. In cuius quidem resignationis praesentia Nicolaus Trewtyl advocatus antefatus praesens interat et secum cum conthorali sua legitima nomine Catherina praedictam ad resignationem praebuit publice et expresse consensum. Quod etiam quartale Advocatiae praetactum praefatus Strelicz Advocatus habebit, tenebit, utifruetur et pacifice suis cum haeredibus aeviternis temporibus iure haereditario possidebit ita, ut licitum erit sibi suisque successoribus ipsum, ut praemittitur, quartale vendere commutare, donare, alienare, obligare et ad usus suos beneplacitos convertere, prout sibi et suis legitimis successoribus melius et utilius videbitur expedire. In cuius

rei evidentiam certiorem sigillum nostri scabinalis conventus est subappensum, harum testimonio literarum. Datum in Nova Sandecz, feria quinta infra Octavas Epiphaniae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo nono.

(Oryginał pergaminowy z oderwaną pieczęcią, był r. 1785 w Archiwum Koronnem. – Kopia w Tekach Naruszewicza Tom X, Nr. 121.)

Fridericus quondam Advocatus medietatem Advocatiae Neo-Sandecensis Nicolao Strelicz Advocato haereditario ibidem vendit.

Neo-Sandeciae, Anno 1409, die 6 mensis Januarii.

In nomine Domini Amen. Universa negotia quae aguntur apud homines praecedente cursu temporis vacillant tradita oblivioni, nisi paginae inscriptione, testiumque fidedignorum suffragio fuerint lucide roborata. Igitur nos Jacobus Leystrep Juris provincialis alias feudalis Scultetorum, Curiaeque regalis in Nova Sandecz Viceadvocatus et septem Scabini Juris et Judicii eiusdem, videlicet Lorko de Sedlecz, Franko de Gostwycza, Jacobus de Czeczrewina, Stanislaus de Pysarzowa, Jaschko de Kamonka, Stanislaus de Olbeda et Franko de Kanuschowa, Scultetique villarum suprascriptarum districtus et territorii Sandeczensis, significamus publice recognoscentes iudicio

ex bannito, quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris, tenorem praesentium nostrae recognitionis inspecturis: Quomodo die iudiciali debito hic subter expresso, accedens nostram, iudiciique nostri banniti praesentiam famosus circumspectusque vir Fredricus civitatis Sandecz concivis ac quondam memoratae civitatis Sandecz Advocatus, non compulsus, non coactus, nec quovis errore circumventus, corpore et mente bene sanus, bona ipsius deliberatione praehabita, suorum usus consilio amicorum praematuro, publice recognovit et expresse, medietatem totius Sandecensis Advocatiae per ipsum olim tentae et iure pleno possessae, honesto viro Nicolao Strelicz dicto Sandeczensi haereditario Advocato se cum omni iure et dominio, quibus ipsam Advocatiae medietatem antefatam solus habuit, tenuit et possedit, ac omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, agris, silvis, rubetis, gaiis, pascuis, pratis, mellificiis, molendinis, piscinis, aquis et earum decursibus, emergentiis, decidentiis, dependentiis et connexis universis, pro mille marcis latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, videlicet quamlibet marcam per quadraginta octo grossos specialiter computando, nihil sibi suisque posteris in et extra civitatem penitus excipiendo rite et rationabiliter vendidisse, nec non persolutam integre completeque ab eodem percepisse. Quam quidem Advocatiae medietatem Fredricus Sandeczensis concivis memoratus praefato Nicolao Strelicz Advocato, suisque legitimis successoribus coram nobis perpetuis temporibus toto iure resignavit, prout eadem Advocatiae medietas in suis circumferentiis, limitibus et granicie bus longe lateque est distincta ab antiquo et limitata, faciens ipsum Strelicz Advocatum praedictum suis cum succedaneis ac haeredibus verum et legitimum eiusdem medietatis Advocatiae perpetuumque possessorem. Quam etiam Advocatiae medietatem supradictam praetactus Nicolaus Strelicz Advocatus habebit, tenebit, utifruetur et pacifice suis cum haeredibus et succedaneis legitimis temporibus aeviternis iure haereditario possidebit, ita quod licitum erit sibi, suisque haeredibus ipsam ut praefertur Advocatiae medietatem vendere, commutare, donare, alienare, obligare et ad usus suos beneplacitos convertere, prout sibi et suis haeredibus legittimisque successoribus melius et utilius videbitur expedire. Harum quibus sigillum scabinalis conventus, maiorem propter evidentiam, pleniorem que certitudinem est subter appensum testimonio literarum. Datum in Nova Sandecz, feria quinta infra Octavas Epyphaniae, Anno Domini Millesimo Quadrin-

gentesimo nono, Indicione secunda, Sexta die mensis Januarii, hora Nonarum etc.

(Oryginał pergaminowy z pieczęcią wiszącą na zawiasce pergaminowej, był r. 1785 w Archiwum Koronnem. – Kopia w Tekach Naruszewicza, Tom X, Nr. 122)

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae monasterium Ordinis Praemonstratensis in Nova-Sandecia fundat et dotat.

In Kalisz, anno 1409 die 10 mensis Aprilis.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Vladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Kijoviae, Lithvaniaeque princeps supremus Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres: Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris quod tunc divinae retributionis meritum et temporalis prosperitatis augmentum infallibiliter consequi credimus, dum personis ecclesiasticis ad laudem Dei deputatis, horum quae a Deo tradita sunt, sacras elemosynas impartimur. Speciali igitur zelo devotionis accensi, cupientes diem extremi judicii pietatis operibus praevenire: monasterium novum ordinis fratrum Praemonstraten=

sium alias Domum pauperum in honorem Sancti Spiritus et beatarum Undecim millium Virginum dedicatum una cum infirmaria seu hospitali inibidem intra muros civitatis nostrae Novae Sandecz erigendum et fundandum decrevimus erigimusque et fundamus perpetue harum serie mediante. In quo quidem monasterio religiosum Joannem Heremitam fratrem ejusdem Ordinis Praemonstratensis, qui sacris praedicationibus, honestae vitae moribus et efficacibus suae praedicationis exemplis plebi Christicolae praebet salutaria documenta, in abbatem et gubernatorem hospitalis et infirmariae inibidem praefigimus; Et quia ipsum monasterium servare decrevit et in eo cum fratribus ad modum in coenobio sanctimonialium se procludendo, vitam ducendo monasterialem vult commorari, ut ergo divinis laudibus intendentes liberius ibidem commodiorem habere valeant mansionem, pro nostra consortumque nostrarum serenissimarum principum dominarum Hedvigis olim et Annae modernae Poloniae reginarum ac Hedvigis filiae nostrae charissimae salute Creatoris nostri clementiam devotius exorare: ad ejusdem Joannis abbatis praedicti instantes et devotas precum instantias pro suo et fratrum in dicto monasterio degentium, ac pro infirmorum ibidem in hujusmodi hospitali seu infirmaria langventium sustentamento viginti marcas pecuniae currentis cum totidem centenariis salis duri in zuppis utriusque salis nostris Bochnensis videlicet et Vielicensis ratione annui salarii annis singulis divisim quibuslibet quatuor temporibus per quinque marcas et quinque centenarios salis super literis ipsorum quietatoriis per quosvis praedicti salis nostri zupparios pro tempore existentes, effectualiter et irrecuse solvendas damus, donamus, conferimus, incorporamus, appropriamus, adscribimus et assignamus perpetuis temporibus duraturas per abbatem et fratres praedicti novi monasterii in Nova Sandecz habendi, tenendi, percipiendi, utifruendi et pacifice perpetuis temporibus possidendi, ac in usus monasterii et infirmorum convertendi, ita tamen quod in singulis divinorum officiorum et missarum solemniis pro nobis et praedictis nostris consortibus ac etiam filiae nostrae antedictae nec non praedecessoribus et successoribus nostris Salvatoris nostri clementiam devote tenebuntur exorare, et post decessum nostrum indesinenter nostri memoriam habere debebunt salutarem. Vobis igitur praedicti salis nostri utriusque zuppariis pro tempore existentibus nostris firmis regalibus damus in mandatis, quatenus praedictis abbati et fratribus monasterii et conventus supradicti hujusmodi viginti marcas et totidem centenarios salis singulis annis

divisim per quatuor tempora, uti prius expressum est, dare irrecuse et solvere sine quavis contradictione receptis ab ipsis quietationibus omnimodo debeatis: alioquin Omnipotentis Dei et ejus Sanctissimae Matris ac Undecim millium Virginum imo et nostram indignationem gravissimam se noveritis incursuros. Harum quibus majestatis nostrae sigillum appensum est testimonio literarum. Actum in Kalisz, feria quarta festi Paschae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo nono; praesentibus validis strenuisque viris Mathia de Labyszyno palatino brzestensi, Thomcone de Wangleszyn sandomiriensi, Johanne de Zelichow calissiensi, Johanne de Szczekocin visliciensi castellanis, Janussio Jaxa judice calissiensi et Zbigneo curiae regalis mareschalco multisque aliis viris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis Nicolai praepositi Sancti Floriani vicecancellarii nobis sincere dilecti. Ad mandatum ejusdem Nicolai ~~[illegible]~~ praepositi Sancti Floriani regni Poloniae vicecancellarii.

(Ex transsumpto oblato ad acta castrensia sandecensia feria secunda infra octavas Sanctissimi Corporis Christi 1762

Nº 3.

Vladislaus Jagełło Rex Poloniæ monasterium Ordinis Præmonstratensis in Nova-Sandecja fundat atque dotat. ~~Calisii~~ In Kalisz anno 1409 die 10 mensis Aprilis.

Privilegium Vladislai Jagillonis

Regis Fundatoris pro Sale et Marcis 20. 1409

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam

Vladislaus DEi gratia Rex Polloniæ, nec non terrarum Cra
+ coviæ Sandomiriæ, Siradiæ Lanciciæ Kijoviæ, Lithvaniaque Princeps, Supremus, Pomeraniæ Russiæque Dominus et hæres,
Significamus tenore præsentium quibus expedit Univer,
sis Præsentibus et futuris præsentium notitiam ha,
bituris. Quod tunc divinæ retributionis meritum
et temporalis prosperitatis augumentum infallibili,
+ ter consequi [illegible] credimus, Dum Personis Ecclesias,
— ticis ad laudem DEi deputatis, horum quæ a Deo
— tradita sunt, Sacras Elemosynas impartimur.
Speciali igitur zelo devotionis accensi, cupienter
diem Extremi judicii pietatis operibus prævenire;
Monasterium ~~novum~~ nov ordinis Fratrum Præmons,
tratensium, alias domum pauperum in honorem
Sancti Spiritus et Beatarum undecim millium
Virginum. Dedicatum una cum infirmaria seu
— Hospitali inibidem intra Muros Civitatis Nostræ
Novæ Sandecz erigendum, et fundandum decrevimus
erigimusque et fundamus perpetue harum serie me,
diante, In quo quidem Monasterio Religiosum Joannem
— Heremitam Fratrem ejusdem ~~ejusdem~~ Ordinis Præmons,
tratensis qui Sacris praedicationibus, honestæ vitæ mo,
ribus et Efficacibus suæ praedicationibus Exemplis

plebi Christicolae praebet salutaria documenta in Abbatem
et Gubernatorem hospitalis et Infirmariae in ibidem
profigimus. Et quia Ipsum Monasterium servare decrevit
et in eo s: cum Fratribus admodum in Coenobio Sancti Monialium
se precludendo, Vitam ducendo Monasteriacam vult commorari,
ut ergo Divinis laudibus intendentes liberius ibidem com-
modiorem habere valeant mansionem pro Nostra, con-
sortumque Nostrarum Serenissimarum Principum Domi-
narum, Hedwigis olim et Annae modernae, Polloniae Regi-
narum, ac Hedwigis filiae nostrae charissimae salute
creatoris nostri clementiam devotius exorare. Adjudem
dem Joannis Abbatis praedicti instantes et devotas
precum instantias pro suo et Fratrum in praedicto Mo-
nasterio degentium, ac pro Infirmorum ibidem in
hujusmodi hospitali seu infirmaria languentium
sustentamento, viginti marcas pecuniae curren-
tis cum totidem centenariis Salis dandi in zup-
pis ultriusque Salis nostris Bochnensis videlicet
et Vieliciensis ratione annui Salarii annis singulis di-
visim quilibet quatuor temporibus, per quinque
Marcas et quinque Centenarias Salis, super literis
Ipsorum quietatoriis per zupparios praedicti Salis
nostri zupparios pro tempore existentes, effectua-
liter et irrecuse solvendas damus, donamus,
conferimus, incorporamus, appropriamus adscri-
bimus et assignamus perpetuis temporibus du-
raturas. Per Abbatem et Fratres praedicti

Novi Monasterij in Nova Sandez habendi, tenendi,
percipiendi, uti fruendi et pacifice perpetuis tempori-
bus possidendi, ac in usus Monasterij et infirmorum
convertendi. Ita tamen quia in singulis divinorum
Officiorum et missarum solennijs pro nobis et prae-
dictis nostris Consortibus, ac etiam filiae nostrae
ante dictae, nec non praedecessoribus et Successori-
bus Nostris Salvatoris Nostri clementiam devote tene-
bantur exorare, et post decessum nostrum indesinenter
nostri memoriam habere debebunt salutarem. Vobis igitur prae-
dicti Salis Nostri utriusque zupparijs pro tempore existenti-
bus, Nostris firmis Regalibus damus in
mandatis, quatenus praedictis, Abbati et Fratribus Mona-
sterij et Conventus supradicti hujusmodi Viginti marcas
et totidem Centenarios Salis, singulis annis divisim
per quatuor tempora uti prius expressum est
dare irrecuse et solvere sine quavis contradictione,
receptis ab ipsis quietationibus omnimodo debeatis.
Aliquin Omnipotentis DEI et ejus Sanctissimae
Matris, ac undecim millium Virginum, imo et
Nostram indignationem gravissimam se noverit in-
cursurum. Harum quibus Majestatis Nostrae sigillum
appensum est, Testimonio literarum. Actum in
Kalisz feria quarta festi Paschae Anno Domini
Millesimo quadringentesimo nono, Praesenti-
bus validis strenuisque Viris, Mathia de Labyszy-
no Palatino Brzestensi, Thomcone

de Wangleszyn Sandomiriens, Johanne de Zeli-
chów Calissensi, Johanne de Szczeczocin Visliciensi
Castellanis, Janusio Jaxa Judice Calissiensi et Zbig-
neo Curiæ Regalis Mareschalco multisq aliis Viris
fidelibus, fide dignis. Datum per manus Honorabilis
Nicolai Praepositi Sancti Floriani Vice Can-
cellarij nobis Sincere Dilecti ad mandatum
ejusdem Nicolai Sancti Floriani, Regni
Polloniæ Vice Cancellarij

oblata in Castr Sand. fer. 2 infra Oct. SSmi Corp. Xti
1762

John Albert

Ot the ... de ... ...

... 5659/1854

Joan Albertyj. 1493

Alexandry 1504

1409 Pascha 7 April. F.
(d. 10 Aprilis)

No. 3

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae villam Dąbrowka monasterio ordinis Praemonstratensis in Nova-Sandecia fundato confert.

Sandeciae, anno 1410, die 18 mensis Aprilis.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladis: laus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, San: domiriae, Siradiae, Lanciciae, Kujaviae, Lithvaniae prin= ceps supremus Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres, Significamus tenore praesentium, quibus expedit univer: sis quod cupientes diem extremi judicii pietatis operibus praevenire, nobisque salutis aeternae praemia precibus sanctorum per eleemosynas impetrare; ipsa enim eleemo: syna caeteras virtute praeexcellens nos a peccatis potest abluere et nobis restituere clementiam Salvato= ris, habito igitur diligenti et devoto respectu ad novum monasterium canonicorum regularium Ordinis Premon: stratensis alias Domus Pauperum in honorem Sancti Spiritus et Beatarum Undecim milbium Virginum dedica: tum una cum infirmaria seu hospitali in ibidem intra mu= ros civitatis nostrae Novae Sandecz per nos erectum et

fundatum, attento etiam speciali fervore, summa devotione
religiosorum Joannis Heremitae abbatis et fratrum con=
ventus ipsius, ibidem in novo Monasterio cum ipso
degentium, qui abjectis hujus mundi illecebris in eodem
monasterio reclusi se ipsos divinis laudibus inhaerentes,
holocausta et hostias Deo placentes Salvatori immolari
et offerre voluntarie elegerunt, et ut eorum devotionis
participio adjungi valeamus, eis merito pro commodo=
siori ipsorum statu manum nostrae regalis muni=
ficentiae ipsis decrevimus porrigendam ut divinis laudi=
bus intendentes, orationibus liberius vacare valeant, et
pro nostra consortumque nostrarum serenissimarum
principum dominarum Hedvigis olim et Annae modernae
Poloniae reginarum ac Hedvigis filiae nostrae charissi=
mae salute Creatoris nostri misericordiam devotius exo=
rare ad ejusdem Joannis abbatis instantes et devotas
precum instantias pro suae et fratrum ejusdem conven=
tus ac pro infirmorum in praedicto hospitali seu in=
firmaria langventium sustentamento villam nostram
Dambrowa dictam quam alias Laschko Trestka mi=
les noster ex parte nostri tenuit prope praefatam
nostram civitatem Novam Sandecz situatam prout
in suis metis et graniciis longe, late et circumferen=
cialiter ab antiquo est limitata et distincta cum omni=
bus agris, pratis, sylvis, borris, mericis, rubetis, quer=
cetis, pinetis, lacubus, piscinis, piscaturis, venatio=
nibus, aucupationibus, molendinis, emolumentis, aquis
et aquarum decursibus pertinentiis, appendiis et cohaerentiis,

censibus, fructibus, redditibus quibuscunque nominibus vocantur
cum omni jure et dominio ac libertate quibus nos
ipsam soli tenebamus, damus conferimus, incorporamus
appropriamus, adscribimus, assignamus et donamus tem=
poribus perpetuis duraturis per eundem Joannem abba=
tem et fratres conventus ejus ac ipsorum successores
praedicti novi monasterii in Nova Sandecz habendam,
tenendam, utifruendam et perpetuis temporibus possi=
dendam, ita tamen quod in singulis divinorum officio=
rum et missarum solenniis pro nobis et praedictis nos=
tris consortibus ac etiam filia nostra praedicta et prae=
decessoribus ac successoribus nostris Salvatoris nostri
pietatem devote tenebuntur exorare et post decessum nos=
trum indesinenter nostri memoriam habere debebunt sa=
lutarem. Quo circa vobis capitaneis, procuratoribus, bur=
grabiis, terrigenis, advocatis, consulibus et singulis nostris
officialibus Sandecensibus qui pro tempore fuerint nostris
firmis damus regalibus in mandatis, quatenus praedictos
Joannem abbatem et fratres monasterii et hospitalis prae=
dictorum in possessione praefatae villae nullatenus in=
quietare, seu labores aut exactiones aliquas ab eis aut
ab eorum kmetonibus exigere praesumatis prout indi=
gnationem omnipotentis Dei et ejus sanctissimae Mat=
ris ac Undecim millium Virginum imo et nostram gra=
vissimam volueritis evitare. Harum quibus sigillum
nostrum majestaticum est appensum testimonio littera=
rum. Actum in Sandecz feria sexta proxima post domi=
nicam qua cantatur Jubilate, Anno Domini Millesimo

Quadringentesimo decimo; praesentibus his validis et strenuis viris Cristino sandomiriensi, Sandzijwojo posnaniensi palatinis Michaele Lublinensi, Joanne de Szczekocin vislicensi, Vincentio de Granow naklensi, Nicolao de Michalow wojnicensi Joanne de Tholiszkow calissiensi castellanis, Petro Schafranicz succamerario craoviensi, Andrea de Thanczyn subdapifero craoviensi et Spythkone de Tarnow haerede, multisque aliis viris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis Nicolai praepositi Sancti Floriani ante Craoviam vicecancellarii regni Poloniae nobis sincere dilecti. Ad relationem venerabilis Nicolai praepositi Sancti Floriani ante Craoviam vicecancellarii Regni Poloniae.

N°. 4.

45/1852

434

Privilegium Vladislai Jagellonis Regis Fundatoris pro Villa Dąbrowa 1420

In Nomine Domini Amen ad perpetuam rei memoriam. Vladislaus Dei Gratia Rex Poloniæ nec non terrarum, Cracoviæ Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ Cujaviæ Lithvaniæ, Princeps Supremus Pomeraniæ Russiæque, Dominus et Hæres, Significamus tenore præsentium, Quibus expedit Universis quod Sapientes diem extremi Judicij pietatis operibus provenire, Nobisque fidelis æternæ præmia precibus Sanctorum per Eleemosynas impetrare, ipsa enim Eleemosyna ceteras virtute præexcellens, nos à peccatis potest abluere, et nobis restituere clementiam Salvatoris. Habito igitur dilligenti et devoto respectu ad novum Monasterium Cannonicorum Regularium Ordinis Præmonstratensis alias domus Pauperum, in honorem Sancti Spiritus et Beatarum undecim Virginum millium Dedicatum una cum Infirmaria seu Hospitali, in ibidem intra muros Civitatis nostræ Novæ Sandecz per nos erectum et fundatum. Attento etiam speciali fervore, summa devotione Religiosorum Joannis Heremitæ Abbatis, et Fratrum Conventus Ipsius, ibidem in Novo L. Monasterio cum ipso degentium, qui abjectis hujus mundi illecebris in eodem Monasterio reclusi, se Ipsos Divinis laudibus inhærentes, holocausta, et hostias DEo placentes, Salvatori immolare, et offerre voluntarie elegerunt. Et ut Eorum devotionis participio adjungi valeamus. Eis meritorio pro Commodiori Ipsorum Sustentatione nostræ regalis muni

ficentiæ, Ipsis decrevimus porrigendam ut Divinis lau
dibus intendentes, orationibus liberius vacare valeant, et pro
Nostra consortumque nostrarum serenissimarum Prin
cipum Dominarum Hedwigis olim, et Annæ modo nunc
Polloniæ Reginarum, ac Hedwigis Filiæ Nostræ Charis
simæ salute, Creatoris Nostri misericordiam devotius
exorare ad ejusdem Joannis Abbatis instanter et devotas
precum instantias pro suo et fratrum ejusdem Con
ventus ac pro Infirmorum in prædicto Hospitali
seu infirmaria languentium sustentamento, Villam no
stram Dobrowa dictam, quam alias Paschko Trestka
miles noster ex parte nostri tenuit prope præfatam
nostram Civitatem Novam Sandecz situatam prout
in suis metis et granicus longe, late et circumferen
cialiter ab antiquo est limitata et distincta cum om
nibus agris, pratis, sylvis, borris, mericis, rubetis, quer
cetis, pinetis, lacubus, piscinis, piscaturis, venationi
bus, aucupationibus, molendinis, emolumentis
aquis et aquarum decursibus pertinentiis appendiciis
et cohaerentiis, censibus, fructibus, redditibus, quibuscunque
nominibus vocitentur cum omni Jure et Dominio ac libertate
quibus nos ipsam soli tenebamus, damus, confeti
mus, incorporamus, appropriamus, adscribimus, assig
namus, et donamus temporibus perpetuis duraturis
per Eundem Joannem Abbatem et Fratres Conventus
ejus, ac Ipsorum Successores, prædicti Novi Monaste
rii in Nova Sandecz habendam, tenendam, ubi fruen

dam et perpetuis temporibus possidendam. Ita tamen quod
in singulis Divinorum Officiorum et Missarum solemniis
pro nobis et prædictis Nostris Consortibus, ac etiam filia no
stra prædicta et Prædecessoribus ac Successoribus nostris
pietatem Salvatoris Nostri devote tenebuntur exorare
et post decessum nostrum indefinenter nostri memoriam
habere debebunt Salutarem. Quo circa vobis Capitaneis,
procuratoribus, Burgrabiis, Tettigenis, Advocatis, Con
sulibus et singulis nostris officialibus Sandecensibus,
qui pro tempore fuerint Nostris firmis damus Re
galibus in mandatis. Quatenus prædictos Joannem
Abbatem et Fratres Monasterii et Hospitalis præ
dictorum in possessione præfatæ Villæ nulla tenus
inquietare, seu labores aut Exactiones aliquas ab
eis aut ab Eorum kmetonibus exigere præsuma
tis prout indignationem omnipotentis DEI et Ejus
Sanctissimæ Matris ac undecim millium Virginum,
imo et nostram gravissimam volueritis evitare. Harum
quibus Sigillum nostrum Majestaticum est appensum,
testimonio litterarum. Actum in Sandecz feria sex
ta proxima post Dominicam, qua cantatur Jubilate.
Anno Domini Millesimo, quadringentesimo decimo
his validis et strenuis Viris Cristino Sandomirien
si Sandziwojo Posnaniensi Palatinis Michaele Lub
linensi Joanne de Szczekocin Visliciensi Vincentio de
Granów Naklenensi, Nicolao de Michałów Wojnicen
si Joanne de Tuliszków Kalisiensi Castellanis Petro Szaf

raniec Succamerario Cracoviensi, Andrea de Tencryn Subdapifero Cracoviensi et Spytkone de Tarnów Hærede multisq aliis Viris fidelibus fide dignis. Datum per manus Venerabilis Nicolai Præpositi Sancti Floriani ante Cracoviam vice Cancellarij Regni Pollonie nobis sincere dilecti. Ad Relationem Venerabilis Nicolai præpositi Sancti Floriani ante Cracoviam vice Cancellarij Regni Pollonie. –

Sigillum magnum.

1 Petrus abbas monasterii Praemonstratensis cum capitulo generali monasterium Sancti Spiritus in Neo-Sandecia erectum Ordini Praemonstratensium incorporat.

Praemonstrati, anno 1410, die 11 mensis Octobris.

Confirmatio ab Ordine 1410

Universis praesentes literas inspecturis Petrus permissione Dei, necnon Praemonstratensis Abbas et Abbatum Ejusdem Ordinis Capitulum Generale, Salutem in Domino Sempiternam. Universitati Vestrae Notum facimus, quia Illustrissimus ac Serenissimus Dominus Vladislaus Dei Gratia Rex Poloniae, Lithvaniaeque Princeps Supremus, Haeres Russiae, cultum Divinum cupiens augmentare in et de nostra Religione, Novellam fundavit Ecclesiam scilicet Monasterium Sancti Spiritus, alias Domus Pauperum in Nova Sandecz in quam quidem Ecclesiam Venerabiles et Religiosi Viri Stanislaus Abbas, Godfridus Prior, Stanislaus Custos, Dominicus Sviger totusque Conventus Ecclesiae Bresnensis a praefato Serenissimo Domino requisiti, ut aliquem bonum Religiosum Ordinis in Abbatem dictae Novae Ecclesiae seu Novi Monasterii eligerent et eidem Monasterii Administrationem omnimodam imponerent, ac deinde ipsum ad dictum Monasterium sicut oportebat et erat consuetum in Nostra Religione in talibus fieri, transmitterent Fratrem Joannem (Alberti) Filium Canonicum Monasterii Montis Syon Pragensis Nostri Praemonstratensis Ordinis, in Ordine Sacerdotii et aetate legitima constitutum, Ordinem Nostrum expresse Professum de legitimo Matrimonio et Libero ventre procreatum in utroque Regimine scilicet tam Spirituali quam temporali circumspectum Virum utique Providum et Magnae Scientiae in dicta Ecclesia seu Monasterii Sancti Spiritus ac Domus Pauperum in Nova Sandecz Abbatem et Pastorem Canonice et concorditer formaliter electum et per ipsum Dominum Abbatem Bresnensem confirmatum, cum libris scilicet Antiphonario, Graduali, Collectario, Ordinario, Statutis, Annulo, Baculo Pastorali ac uno Religioso Montis Syon et dicto Notabilibus Viris per dictum Fratrem Joannem in Religione Nostra

instructis ac postea per praefatum Fratrem Joannem dictum
ut praemittitur et confirmatum in dicto Monasterio Sancti Spi-
ritus receperunt ac Ordinem Nostrum expresse Professio trans-
miserunt. Praefatique Serenissimus Dominus per suas litteras
et electus atque confirmatus vivae vocis Oraculo Dominum Praemon-
stratensem vocaverunt requisiverunt atque petiverunt, quatenus hu-
jusmodi Novellam plantationem atque electionem, et electum ac con-
firmatum, praefatos praetactaeque dicti electi atque confirmati ad dic-
tum Monasterium super praefatis in Nostra Religione instructis
transmissionem, atque ipsorum in dicto Monasterio receptionem
et Professionem ratos gratos atque firmos habere atque Venerabili
Fratri Nostro Abbati Stanislao et suis Successoribus Abbatibus
dicti Monasterii Breznensis cui et quibus dictus Serenissimus
Princeps dicti Monasterii Sancti Spiritus Paternitatem et
ipsi Monasterio Breznensi cui praedicti Monasterij Sancti Spiritus
Maternitatem contulerat, Paternitatem et Maternitatem prae-
fatas cum omnibus earum Juribus honoribus et operibus con-
ferre seu confirmare dignaretur. Quapropter nos exultanter in
Domino quia in illius Serenissimi Regis mentis secretis
tam devotum desiderium noscitur reconditum ut cultus Divi-
nus de die in diem suscipiat incrementum et Religio Nostra
floribus sit insignita ac fructibus suarum spiritualium pro-
paginum praefatorum Serenissimi Regis et Novi Abbatis
praedicti Novi Monasterii devotionis precibus votaminibus
requisitis et petitionis benignum impartienter assensum
praelatos Requisitas, et petitiones praedictas ut superius expri-
muntur concedimus et eisdem libentius annuimus omnia
et singula circa dicti Novi Monasterii aedificationem omni-
modam edita et edenda ratificantes ac etiam approbantes in
omnibus et singulis Paternitate et Authoritate Domini Abbatis
Praemonstratensis ac suorum Successorum et Capituli Generalis
semper salvis fidelissimum et devotissimum dicti Seren-
nissimi Regis circa Divini Cultus Augumentationem Propo-
situm multipliciter in Domino Jesu Christo commendantes.
Caeterum quia Ecclesia Sancti Spiritus praefata Professione et ha-
bitu subjecta est Ordini nostro memorato Religiosique dicti Mona-
sterii Nostrum susceperunt et Professi fuerunt Ordinem et hactenus
in omnibus observaverunt quantum in Nobis est, Abbatem dicti Mo-
nasterii et suos Successores et Religiosos Ejusdem Monasterii
praesentes et futuros incorporamus ipsi Nostro Ordini in Visi-
tationibus, reformationibus, correctionibus et aliis quae dictus
Ordo tanquam caput membris suis impendere consuevit atque supra-
dictam Ecclesiam Unitati praefati Ordinis adscribimus, ei-
dem Visitationis, reformationis et correctionis Officium sicut
caeteris Ecclesiis Nostri praedicti Praemonstratensis Ordinis
secundum Deum et in Ordinem Nostrum diligenter impen-
suri; ut in omnibus et singulis, quae ad Ordinem ipsum
spectant, de cetero sit connexa, salva semper et in omnibus
Sanctae Sedis Authoritate. Datum Praemonstrati sub
Sigillo Nostri Generalis Capituli. Anno Domini Mille-
simo Quadringentesimo Decimo: Undecima die Men-
sis Octobris, Sedente Nostro Capitulo Generali

L. S.

druk. w dziele: Sacri et canonici ordinis Praemonstratensis Annales Pars I Tomus IIdus Nanceji 1734 fol. pag. 755.

Johannes XXIII Papa erectionem monasterii Sancti Spiritus Ordinis Praemonstratensis in Neo-Sandecia confirmat.

Romae, anno 1410 die 19 mensis Decembris.

Joannes episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam memoriam. Juxta desideria charissimi in Christo filij nostri Vladislai regis Poloniae illustris, qui per Dei gratiam vigilanter insistere dicitur operibus pietatis audita benigno suscipere et promptis delectamur

affectibus adimplere sancte petitio dicti regis nobis nuper exhibita continebat, quod olim ipse de suae et charissimae in Christo filiae nostrae Annae reginae Poloniae illustris consortis ejus animarum salute recogitans et cupiens transitoria in aeterna felici commercio commutare, ac etiam pro salute animarum clarae memoriae Hedvigis primae uxoris ac Hedvigis natae regis et Hedvigis reginae praefatorum, zelo devotionis accensus ad laudem Dei, de bonis sibi a Deo collatis atque ad Coronam suam regiam spectantibus de hospitali pauperum dudum

ad

ad honorem et sub vocabulo Sancti Spiritus et Beatarum Undecim millium Virginum in oppido Nova Sandecz dioecesis cracoviensis fundato monasterium Praemonstratensis Ordinis pro abbate, priore et conventu qui illic Domino in divinis officiis solenniter et justa ipsius Ordinis regularia instituta pro tempore deservirent, ac vitam ducerent monasticam et devotam, cum infirmaria seu hospitali languentium tanquam in loco ad hoc utili et idoneo ac etiam tuto et honesto de novo canonice erexit et fundavit, ipsisque monasterio pro ejus dote et sustentatione decenti abbatis, prioris et conventus praefatorum

nec non canonicorum et ministrorum ac personarum in eodem monasterio pro tempore degentium et infirmorum sive pauperum, qui in eodem hospitali dicti monasterii receptarentur et decumberent, aliisque operibus abbati, priori et conventui praefatis incumbentibus pro tempore commode supportantis pie donavit certas villas, bona immobilia in eadem dioecesi consistentia ac redditus, census et jura et inter alia haec: videlicet villam Dambrowa cum suis adjacentiis, cum viginti marcis currentis monetae polonicalis et cum viginti centariis salis puri de zuppa regali singulis annis ~~xxxxx xxxx~~

perpetuis temporibus ipsi monasterio dandis et solvendis, nec non Januszowa, Librantowa, Kwęciszowa, Boguszowa, Wolchowa sculletia in Piantkowa, villas dictae dioecesis, cum tribus hortis in districtu dicti oppidi consistentibus, et hujusmodi villas cum ejusdem aliis bonis immobilibus pro ipsorum libertate ampliori ex jure polonico in jus theatonicum transtulit et perpetuo liberavit etiam eximendo et absolvendo scultetos, kmetones, tabernatores, molendinatores et quosvis alios praedictarum villarum incolas et habitatores ab omnibus exactionibus, solutionibus, servitiis, angariis et praeangariis inventis et

invenienidis quibuscunque nominibus
nuncuparentur, et ab omni jurisdic-
tione et potestate omnium regni sui
palatinorum, castellanorum, judi-
cum, subjudicum, procuratorum et
quorumcunque officialium et minis-
terialium eorundem, ut coram ipsis
vel ipsorum aliquo sculteti, kmetones,
tabernatores, molendinatores pro cau-
sis tam magnis quam parvis, puta
furti, sanguinis vel homicidii, incen-
dii, membrorum mutilationibus et
quibuscunque aliis enormibus exces-
sibus citati minime responderent,
nec aliquas poenas solvere teneren-
tur, sed tantum kmetones et incolae
ipsi coram suo sculteto, qui pro

tempore foret, scultetus vero coram
abbate monasterii praedicti in civi-
libus, in criminalibus et capitalibus
vero causis scultetus praedictus in
metis et graniciis villarum praedicta-
rum judicandi, sententionandi, corri-
gendi, puniendi, plectendi et damnan-
di plenam dedit et omnimodam con-
cessit facultatem, prout hoc ipsum
jus theutonicum in omnibus suis
punctis, articulis, sententiis, conditio-
nibus et clausulis postulat et requirit.
Voluit insuper rex ipse, quod dum
et quotiescunque praedictos abbatem et
conventum privilegia et litteras super
juribus ipsorum quibuscunque coram
capitaneis et officialibus regis Poloniae
existentis pro tempore producere et
ostendere

contingeret, non plus quam duos grossos monetae currentis ejusdem pro ostensione litterarum et jurium praedictorum capitaneis et officialibus ipsis duntaxat dare et solvere tenerentur, prout in autenticis litteris inde confectis et ipsius regis sigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare dictus rex nobis humiliter supplicavit, ut hujusmodi erectioni, fundationi, dotationi et aliis per eum, ut praemittitur, factis pro ipsorum subsistentia firmari, robur apostolicae confirmationis adjicere de benignitate apostolica dignaremus: nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, hujusmodi fundationem, erectionem, dotationem, donationem, ac alia praemissa

praemissa per ipsum regem, ut praemittitur, facta et omnia inde secuta rata habentes et grata, ea authoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus eidem abbati, canonicis et ministris ejusdem monasterii ejusdemque successoribus qui residebunt pro tempore in monasterio memorato praesentium tenore concedimus, ut etiam gaudere et uti libere possint et debeant omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus, quibus aliorum monasteriorum et locorum dicti Ordinis abbates canonici, ministri et personae in eisdem aliis monasteriis et locis degentibus

a sede apostolica et alias quomodoli-
bet per spirituales et saeculares potes-
tates eis concessis, seu indultis gau-
dent et utuntur. Nulli ergo hominum
liceat hanc paginam nostrae confir-
mationis et concessionis infringere vel
ei ausu temerario contraire: si
quis actum hoc attemptare prae-
sumpserit, indignationem Omnipoten-
tis Dei et Beatorum Petri et Pauli
Apostolorum ejus se noverit incur-
surum. Datum Romae apud Sanc-
tum Petrum, decima nona Decem-
bris, Pontificatus nostri anno tertio.

Johannes XXIII Papa erectionem monasterii ~~Ill~~ Sancti Spiritus Ordinis Praemonstratensis in Neo-Sandecia confirmat. Romae, anno 1410, die 19 ~~Dec~~ mensis Decembris. 276

~~Confirmatio Pontificia Erectionis Monasterij Sandecensis 1410 Joannes Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam~~

Joannes episcopus servus servorum Dei ad perpetuam memoriam. Justa desideria Charissimi in Christo Filij Nostri Wladislai Regis Poloniae Illustris, qui per Dei gratiam vigilanter insistere dicitur operibus pietatis auditu benigno suscipere et promptis delectamur affectibus adimplere. Sane petitio dicti Regis nobis nuper exhibita continebat, quod olim ipse de sua et charissimae in Christo Filiae Nostrae Annae Reginae Poloniae Illustris consortis ejus animarum salute recogitans et cupiens transitoria in aeterna felici commercio commutare ac etiam pro salute animarum clarae memoriae Hedvigis primae uxoris ac Hedvigis natae Regis et Hedvigis Reginae praefatorum, zelo devotionis accensus ad laudem Dei, de bonis sibi a Deo collatis atque ad coronam suam Regiam spectantibus de Hospitali pauperum dudum ad honorem et sub vocabulo Sancti Spiritus et Beatarum Undecim millium Virginum in oppido Nova Sandecz dioecesis Cracoviensis fundato Monasterium Praemonstratensis Ordinis pro Abbate Priore et Conventu qui illic Domino in divinis officiis sollenniter et juxta ipsius Ordinis Regularia instituta pro tempore deservirent ac vitam ducerent Monasticam et devotam cum infirmaria seu Hospitali languentium

tanquam in loco ad hoc utili et idoneo ac
etiam tuto et honesto decato deposuit Tannowice
erexit et fundavit ipsique Monasterio pro ejus dote
et sustentatione decenti Abbatis Prioris et Conventus
praefatorum nec non Canonicorum et Ministrorum
ac personarum in eodem Monasterio pro tempore
degentium et Infirmorum sive Pauperum qui in
eodem Hospitali dicti Monasterii recepta fuerint et
decumberent aliisque operibus Abbati, Priori et Con
ventui praefatis incumbentibus pro tempore com
mode supportandis donavit certas villas bona
immobilia in eadem Dioecesi consistentia ac red-
ditus census et jura et inter alia hoc videlicet
villam Dambrowa cum suis adjacentiis, cum
viginti Marcis currentis monetae Poloni
calis et cum viginti Centenariis Salis Ducis de
zuppa Regali singulis annis nec non Janu
szowa, Libertowa, Kwecziszow, Bo
guszowa Wolchowa Sculletia in Ciantkowa Villas dictae
Dioecesis cum tribus hortis in districtu dicti
Oppidi consistentibus et hujusmodi Villas cum
ejusdem aliis bonis immobilibus pro ipsorum libertate
[illegible] ampliori ex jure polonico in jus theu-
tonicum transtulit et perpetuo liberavit
etiam eximendo et absolvendo Scultetos Kmeto-
nes Tabernatores Molendinatores et quosvis
alios praedictarum Villarum Incolas et Habita-
tores ab omnibus exactionibus Solutionibus
Servitiis angariis et praeangariis inventis et
inveniendis quibuscunque nominibus nuncu-
parentur et ab omni Jurisdictione et potestate omnium
Regni Sui Palatinorum Castellanorum judicum subjudicum

perpetuis temporibus ipsi monasterio dandis et solvendis

Procuratorum et quorumcunque Officialium et Minis-
terium eorundem et coram ipsis vel ipsorum aliquo
Sculteti Kmetones Tabernatores Molendinatores pro
causis tam magnis quam parvis puta furti sangui-
nis vel Homicidii incendii membrorum mutila-
tionibus et quibuscunque aliis enormibus excessibus
citati minime respondere nec aliquas poenas sol-
vere tenerentur sed tantum Kmetones et Incolae ipsi
coram suo Sculteto qui pro tempore foret. Sculte-
tus vero coram Abbate Monasterii praedicti in
civilibus in criminalibus et capitalibus vero causis
Scultetus praedictus in metis et graniciis Villarum
praedictarum judicandi, sententionandi, corrigendi,
puniendi plectendi et damnandi plenam dedit
et omnimodam concessit facultatem pro ut hoc
ipsum Jus Theutonicum in omnibus suis punc-
tis articulis, sententiis, conditionibus et clausulis postulat
et requirit. Voluit insuper Rex ipse quod dum et quotiescunque
praedictos Abbatem et Conventum Privilegia et litteras super
juribus ipsorum quibuscunque coram Capitaneis et Officia-
libus Regis Poloniae existentibus pro tempore producere et osten-
dere contingeret, non plusquam duos grossos monetae curren-
tis ejusdem pro ostensione litterarum et jurium praedicto-
rum Capitaneis et Officialibus ipsis duntaxat dare et solve-
re tenerentur prout in authenticis litteris inde confectis
et ipsius Regis Sigillo munitis dicitur plenius conti-
neri. Quare dictus Rex nobis humiliter supplicavit, ut
hujusmodi erectioni, fundationi, dotationi et aliis per eum
ut praemittitur factis pro ipsorum subsistentia fir-
mari, robur Apostolicae confirmationis adjicere de beni-
gnitate apostolica dignaremur: Nos itaque hujusmodi supplicatio-
nibus inclinati, hujusmodi fundationem, erectionem
dotationem, donationem et alia praemissa per ipsum

Regem ut praemittitur facta et omnia inde secuta
rata habentes et grata ea Authoritate Apostolica confir-
mamus et praesentis scripti patrocinio communimus
supplentes omnes defectus si qui forsan intervenerint
in eisdem. Et nihilominus eisdem Abbati Canonicis et
Ministris ejusdem Monasterii ejusdemque Successoribus
qui residebunt pro tempore in Monasterio memorato
praesentium tenore concedimus, ut etiam gaudere et uti
libere possint et debeant omnibus Privilegiis, libertatibus
+ et immunitatibus, quibus aliorum Monasteriorum et locorum
dicti Ordinis Abbates Canonici, Ministri et Personae
in eisdem aliis Monasteriis et locis degentibus a Sede
Apostolica et alias quomodolibet per spirituales et saecu-
lares potestates eis concessis, seu indultis gaudent et
utuntur. Nulli ergo hominum liceat hanc Paginam
Nostrae Confirmationis ~~communitionis~~ et concessionis
infringere vel ei ausu temerario contraire: Si quis
autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem
Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Aposto-
lorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae
apud Sanctum Petrum decimo Nonas Decembris,
Pontificatus Nostri anno tertio. ~ ~ ~

Michael officialis et vicarius episcopi cracoviensis fundationem altaris Visitationis B. V. Mariae in ecclesia parochiali oppidi Bobowa per haeredes ejusdem oppidi factam approbat.

In Nova Sandecz, Anno 1412 die 21 mensis Januarii.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Michael scholasticus gnesnensis canonicus et officialis nec non vicarius in spiritualibus et temporalibus reverendissimi in Christo patris et domini domini Petri Dei gratia episcopi cracoviensis generalis, Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris: Quomodo nobiles Stanislaus cum Stachna consorte sua, Sigismundo et Paulo filiis legittimis haeredes de Bobowa, ex illuminatione conditoris lucis aeternae quia suo lumine gratiae corda hominum per donum charismatis clementer foecundat et de tenebris ad lucem redigens et educans

cum electis quietam beatitudinem concedens, volentes extremae messis gramina piis praevenire eleemosinarum largitionibus cupientes laudabili commercio pro terrenis coelestia et temporalibus aeterna mereri, altare in ecclesia parochiali in oppido Bobowa in laudem Visitationis beatae Virginis Mariae ad Elizabeth erexerunt et fundarunt. Cui quidem altari et altaristae seu ministro ejusdem altaris, qui pro tempore fuerit, dederunt, donaverunt, assignaverunt, ascripserunt, apparaverunt et incorporaverunt ratione aedificationis et fundi villam seu haereditatem ipsorum dictam Chodorowa sitam in districtu sandecensi, confinalem et contiguam villis Cruzliowa et Woynarowa ac oppido Bobowa cum pleno jure et toto dominio, scilicet campis, agris cultis et incultis, silvis, nemoribus, borris, mericis, rubetis, virgultis, pratis, pascuis, piscinis, fluviis, rivulis, torrentibus, lacubus, piscaturis, molendinis, emolumentis, aquarum decursibus et generaliter omnibus et singulis fructibus, utilitatibus, censibus, obventionibus ac appendiis universis quae sunt et

expost adinveniri possent ita prout ipsa haereditas Chodorowa in suis granitiebus limitata est circumferentialiter et distincta et prout ipsi Stanislaus, Stachna consors sua legitima, Sigismundus et Paulus filii ipsam haereditatem habuerunt, tenuerunt et possiderunt, per ipsum altaristam et suos successores tenendam, habendam et possidendam ac ad usus uberiores salvo jure patronorum ipsius altaris convertendam, eximentes, liberantes, manumittentes et absolventes incolas et scultetum praedictae villae Chodorowa ab omni obedientia et servitute, transferentes in ipsum altaristam et ministrum ipsius altaris ac ad successores ejusdem, cui quidem altaristae et suorum successorum obedientiam et servitutem, quam ipsis tenebantur approbaverunt et incorporaverunt communiter quoque cum area et orto ex opposito ecclesiae penes viam euntem de Sandecz versus ipsum oppidum Bobowa, pro residentia ipsius altaristae et suorum successorum attribuunt coramque nobis sani mente et corpore, non compulsi, non coacti nec aliquo errore devio seducti voluntate spontanea suorum amicorum primitus habito consilio et matura deliberatione usi

perpetuo, rite et rationabiliter resignaverunt, renuntiantes omni juri saeculari, jure patrona=tus duntaxat exempto eisdem in eadem haere=ditate competenti, promittentes ipsum alta=ristam et successores suos liberare et evincere ab omni impeditione juxta terrae et districtus Sandecensis consvetudinem. Similiter suppli=caverunt, quatenus praedictam erectionem et fundationem ratificare, gratificare dignare=mur: Nos vero petitiones ipsorum attendentes fore justas et consonas rationi, praefatam erec=tionem, fundationem et fructuum praedicti al=taris incorporationem ratam, gratam atque firmam habentes, ipsam praesentibus et ex nunc ratificamus, gratificamus et tenore praesen=tium confirmamus, onerantes ipsum altare, al=taristam seu ministrum et successorem ejusdem altaris intuitu praemissorum tribus missis in qualibet septimana et vigiliis complendis, ita quod prima missa de beata Maria Virgine die dominico vel sabbato, secunda pro animabus de=functis et vigiliis voce alta et cantata, tertia vero missa feria quarta pro peccatis submissa voce in ecclesia praedicta circa hoc ipsum altare

complebuntur. Personalem residentiam ipsi alta=ristae et suis successoribus astringentes, et ipsum altaristam eadem oneratis, quem altaristam legiti=mis causis exigentibus non ultra quam sex septi=manis voluerunt et volumus absentari. Si vero ultra sex septimanarum spatium ipsum alta=ristam absentari contigerit legitimis causis non exigentibus et hoc primo secundo et tertio fieri contigerit et probari, extunc ipso facto ipsum altare vacare decernimus et ipsum altaristam ipsius altaris juribus privari et privamus. Non debet etiam ipse altarista plu=ribus gaudere beneficiis, sed tantum uno solo hoc altari, qui altarista si ad aliud beneficium curatum vel non curatum aut officium seu dig=nitatem promoveri voluerit et adipisci, et adep=tus fuerit altare praedictum in et ad manus pa=tronorum simpliciter et de plano sine con=
tradictione et strepitu juris vel facti resigna=re sit astrictus. Tenebitur etiam ipse altarista qui pro tempore fuerit, magistro scholae vel ju= vanti
scolari in Bobowa praedictas missas et vigilias cantare juvanti dare et assignare de fructibus sui altaris praedicti singulis annis decem et octo scotos seu tres fertones solummodo in festo Paschae, et in festo sancti Michaelis novem scotos.

Qui magister seu scholaris contentus stare noluerit de salario decem et octo scotorum jam dictorum, altarista ad plura danda non tenetur id obligatur, domini autem patroni et collatores de remedio et scolare providere tenebuntur. Si missas cum vigiliis more expresso cantatas voluerint soleranizare alias altarista submissa voce praedicta complebit. Ad quod quidem altare dictum supra saepefati Stanislaus et Stachna, Sigismundus et Paulus haeredes collatores et patroni altaris praedicti discretum dominum Joannem Boleste de Brzomow presbyterum gnesnensis diocesis nobis perprius ipsorum personis praesentaverunt, petentes pro eodem et cum eodem humiliter supplicantes quatenus ipsum Joannem ad dictum altare et ejus jura investire instituere et confirmari benigniter dignaremur commissa sibi cura et regimine fructuum ac pertinentiarum altaris praedicti, quorum votis nos favorosi annuentes, tanquam justa petentibus, rationabilibus et honestis, ipsum dominum Joannem presbyterum per manus juxta capitis compositionem instituimus, investivimus et confirmavimus dnete nobis commissa supradictam curam spiritualium et temporalium ac regimen ejusdem altaris juriumque et pertinentiarum ejus sibi praesentibus committentes, mandantes vobis discreto domino parochiali ecclesiae in Siedliska vel vestro vicario, aut qui praesentibus fuerit requisitus, quatenus ipsum dominum Joannem ad possessionem corporalem et realem jurium et pertinentiarum omnium dicti altaris inducas et eandem eidem cum effectu assignes, faciens redditurariis, censualiis ac tributariis praefati altaris de fructibus, censibus, tributis et obventionibus universis eidem Joanni plene ex toto integre rideri obedientiam puram et humilem in omnibus licitis et honestis facien' tanquam eorum vero posessori domino et rectori. Harum quibus sigilla vicariatus nostri et ipsorum patronorum ac haeredum praesentibus sunt appensa in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum ac robur perpetuae firmitatis. Actum et datum in Nova Sandecz die sabbati ante Invocavit, vicesima prima mensis Januarii, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo. Praesentibus reverendo ac strenuis et discretis domino et dominis Sbigneo Lydoricensi episcopo, Nicolao Drobot de Jodlownik, Sciborio de Campanow, Nicolao de Zbigniew militibus haeredibus, Nicolao rectore ecclesiae in Probolowicze et Andrea de Piwniczna Szia testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

Et ego Joannes Radlicza Moisi de Radliczicze clericus Gnesnensis diocesis praesens imperiali auctoritate notarius praedicti altaris fundationi, dotationi, erectioni, altaristaeque

ad illud per praedictos patronos praesentationi et ipsius per venerabilem dominum Michaelem scolasticum gnesnensem canonicum et officialem nec non vicarium in spiritualibus et temporalibus reverendissimi in Christo patris et domini Petri Dei gratia episcopi Cracoviensis generalem institutioni investiturae et confirmationis, omnibusque aliis et singulis suprascriptis una cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi me autem aliis et singulis praepeditus arduis negotiis per alium fidelem scribi feci et in modum instrumenti publici in hanc formam redegi hic me manu subscribens propria signo et nomine meis solitis et consvetis in fidem et testimonium praemissorum.

(Ex transsumpto in Libro actorum terrestrium et colloquialium generalium cracoviensium Anni 1565. Tom. 27 pag. 1008–1013.)

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae villas monasterii ordinis Premonstratensis in Nova-Sandecz scilicet Dąbrowka, Januszowa, Librantowa, Boguszówka et Wolfowa de jure polonico in jus teutonicum transfert.

In Nova-Sandecz, anno 1412 die 5 mensis Martii.

In nomine Domini, Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humanae naturae comoda nihil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum litterarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lytwaniaeque princeps supremus Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres, Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quomodo ad magnas precum instantias religiosorum fratrum Johannis abbatis et conventus canonicorum regularium Ordinis Premonstratensis alias Domus pauperum

in honorem Sancti Spiritus Beatae Mariae Virginis
et Undecim millium Virginum dedicatae intra muros
civitatis nostrae Novae Sandecz devotorum nostrorum
dilectorum ut eo devotius divinis instent laudi=
bus et pro nobis nostraque consorte liberius exorare
valeant clementiam Salvatoris, villas monasterii
ipsorum Dambrowa, Januschowa, Lybrantowa, Gwe=
czyschowa, Boguschowka, Wolfowa in terra cracovien=
si et districtu sandecensi sitas, prout in suis metis et
granitiis longe late circumferencialiterque sunt limi=
tatae ab antiquo et distinctae de jure polonico in
jus theotunicum quod Szredense dicitur transferi=
mus perpetuo duraturum, removentes ibidem om=
nia jura polonicalia modos et consvetudines univer=
sas, quae ipsum jus theotunicum plerumque con=
sueverunt et sunt solita perturbare. Eximimus insu=
per absolvimus et perpetuo liberamus scoltetos, kme=
thones, thabernatores, molendinatores, ortulanos et
quosvis praedictarum villarum incolas ab omnibus
exaccionibus, solucionibus, serviciis, angarijs et pre=
angarijs inventis et inveniendis quibuscunque no=
minibus nuncupentur et ab omni jurisdiccione et
potestate omnium regni nostri palatinorum, cas=
tellanorum, capitaneorum, judicum, subjudicum,
procuratorum, et quorumvis officialium et minis=
terialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum
aliquo pro causis tam magnis quam parvis puta
furti, sangvinis, homicidij, incendij, membrorum mu=

tilacionis et quibusvis alijs enormibus excessibus cita=
ti minime respondebunt, nec aliquas poenas solvere te=
nebuntur, sed tantum kmethones et incolae coram suo
scolteto qui pro tempore fuerit, scoltetus vero coram
abbate monasterii praedicti abbas vero coram nobis
dum per nostram litteram nostro sigillo sigillatam
ad nostrae majestatis praesentiam evocatus fuerit
et citatus, si idem abbas et conventus in reddenda
justicia negligentes fuerint vel remissi tunc non
aliter quam suo jure theotunico Szredensi praedic=
to de se querulantibus tenebuntur respondere. In
causis autem criminalibus et capitalibus superius
expressatis scolteto praedicto in metis et graniciis
villarum praedictarum judicandi, sentenciandi,
corrigendi, puniendi, plectendi et condempnandi ple=
nam damus et omnimodam tenore praesencium conce=
dimus facultatem, prout hoc ipsum jus theotunicum
in omnibus suis punctis, articulis, sentenciis condi=
cionibus et clausulis postulat et requirit. Volumus
insuper quod dum et quocienscunque praedictos ab=
batem et conventum privilegia et litteras super
juribus ipsorum quibuscunque coram capitaneis et
officialibus nostris producere et ostendere continge=
rit, non plus quam per duos grossos de ostensione
litterarum et jurium ipsorum hujusmodi dare et
solvere tenebuntur et debebunt. Harum quibus sigil=
lum nostrae majestatis appensum est testimonio
litterarum. Actum et datum in Nova Sandecz

Sabbato ante dominicam Oculi, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo, Presentibus reverendis in Christo patribus dominis Nicolao archiepiscopo halicensi, Alberto poznaniensi episcopo, validisque et strenuis Cristino de Ostrow castellano, Johanne de Tharnow cracoviensi, Sandywogio de Ostrorog poznaniensi, Nicolao de Michalow sandomiriensi, Mathia de Labyschino breztensi, Johanne Lyganza lanciciensi palatinis, Michaele sandomiriensi, Joanne de Thalisthkow kalisiensi, Dobkone de Oleschnicza wojniciensi castellanis et aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Nicolai sanctae haliciensis ecclesiae archiepiscopi regni Poloniae vicecancellarii sincere nobis dilecti. Ad relacionem ejusdem domini reverendi archiepiscopi halicensis.

(Ex originali pergameneo – cum sigillo avulso)
N. 8. p. 13–15.

(Dodat. tyg. do Gaz. lwow 1857. N. 24. 25)

Nicolaus haeres de Iwanowice partem montis Radoszowa gora dicti in villa Koniuszowa neo-sandecensi monasterio Ordinis Praemonstratensis donat.

Anno 1412 die 6 mensis Aprilis

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Nicolaus haeres de Iwanowice universis et singulis tam praesentibus quam futuris cupimus fore notum: Quod attendentes defectuositatem villae dictae Boguschowka fratrum et conventus

monasterii Novae Sandez canonicorum regularium Ordinis Praemonstratensis, cupientesque extremum diem praeveni- re operibus pietatis, ex speciali fervo- re devotionis et matura deliberatione praehabita una cum consensu filio- rum nostrorum charissimorum vide- licet Jacobo, Joanne et Procopio, pro amplificatione et commodiori utilitate ejusdem villae Boguschowcae ex nunc prout ex tunc damus, donamus as- cribimus partem montis dicti Radó- szowa Gora continguam villae nos- trae Koniuszowa et per praesentes adjungimus et incorporamus perpe- tuis temporibus, ita tamen quod frat- res praedicti temporibus vitae nostrae feria

secunda proxima post Conductum Pas- chae unam missam ob remedium pecca- minum nostrorum et post decessum nos- trum pro salute animae nostrae et pro- genitorum nostrorum quolibet anno legere tenebuntur. Gades vero seu limi- tes ejusdem partis montis praefigimus videlicet: monticulum alias Kibcz dictum vulgariter qui erectus est in limitibus villarum, scilicet Koniuszo- wa parte ab una et Paszyn parte ab altera, nec non plura signa similia per nos facta versus rivulum dictum Ja- worowy Potok tendentia cum omni ju- re et dominio prout nos possidebamus et tenuimus. Hoc adjacentes quod Kme- tones de Boguschowka terculiones alias Kaszgrody seu Przewsie sepire debebunt in villa nostra Koniuszowa dum et quando seminaverint

vel prata ad falcastrandum conservare voluerint, ne peccora Kmetonum nostrorum facilem egressum habeant ad inferendum damnum in ipsorum bladis et amoniis. Inhibemus etiam Sculteto et Kmetonibus nostri districtius, ne praedictis fratribus et Conventui ac ipsorum Kmetonibus aliquod detrimentum facere audeant in excissione lignorum vel in pascuis ipsorum; quod si secus fecerint, ex tune attestati convicti damna ipsorum usque ad condignam satisfactionem, sine quavis contradictione refundere tenebuntur. In cujus rei testimonium et robur perpetuae firmitatis sigillum nostrum praesentibus est appensum. Acta sunt haec feria quarta proxima post festum Paschae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo, praesentibus nobilibus et honestis viris Mroczko haerede de Polna, Jacussio haerede de Kryzanowice, Francisco Sculteto de Koniuszowa, Nosskone cliente et Petrica procuratore nostro, ac aliis quam plurimis fide dignis.

Nicolaus haeres de Iwanowice partem montis Radoszowa gora dicti in villa Koniuszowa neosandetensi monasterio Ordinis Praemonstratensis donat.
Anno 1412, die 6a mensis Aprilis.

~~Donatio Montis Radoszowa Gora 1412~~

~~pargamento~~

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Nicolaus haeres de Iwanowice. Universis et singulis tam praesentibus, quam futuris cupimus fore notum: Quod attendentes defectum [illegible] Villae dictae Boguschowka Fratrum et Conventus Monasterii Novae Sandecz Canonicorum Regularium Ordinis Praemonstratensis, cupientesque extremum diem praevenire operibus pietatis, ex speciali fervore devotionis et matura deliberatione praehabita una cum consensu Filiorum Nostrorum charissimorum videlicet Jacobo, Joanne et Procopio pro amplificatione et commodiori utilitate ejusdem Villae Boguschowcze ex nunc prout ex tunc damus, donamus, ascribimus partem Montis dicti Radoszowa Gora contiguam Villae Nostrae Koniuszowa et per praesentes adjungimus et incorporamus perpetuis temporibus. Ita tamen quod Fratres praedicti temporibus vitae nostrae feria secunda proxima post Conductum Paschae unam Missam ob remedium peccaminum Nostrorum et post decessum Nostrum pro salute Animae Nostrae et progenitorum Nostrorum quolibet anno legere tenebuntur. Gades vero seu limites ejusdem partis montis praefigimus videlicet monticulum alias Kibecz dictum vulgariter qui erectus est in limitibus Villarum scilicet Koniuszowa parte ab una et Brzyn parte ab altera nec non plura signa similia per nos facta versus rivulum dictum Jaworowy Potok tendentia cum omni Jure et dominio prout nos possidebamus et tenuimus. Hoc adjicientes quod Kmetones de Boguschowka tercaliones alias Waszgrody seu Przewosie sepire debebunt in Villa Nostra Koniuszowa dum et quando seminaverint vel prata ad falcastrandum conservare voluerint ne pecora Kmetonum

Nostrorum facilem egressum habeant ad inferendum damnum in ipsorum bladis et annonis. Inhibemus etiam sculteto et Kmetonibus Nostris districtius, ne praedictis Fratribus et Conventui ac ipsorum Kmetonibus aliquod detrimentum facere audeant in excisione lignorum vel in pascuis ipsorum; Quod si secus fecerint, ex tunc arrestati convicti damna ipsorum usque ad condignam satisfactionem sine quavis contradictione refundere tenebuntur. In cuius rei testimonium et robur perpetuae firmitatis sigillum Nostrum praesentibus est appensum. Acta sunt haec Feria quarta proxima post Festum Paschae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Duodecimo, Praesentibus Nobilibus et honestis Viris Mroczko Haerede de Bolna, Jakussio Haerede de Krzyżanowice, Francisco Sculteto de Koniuszowa, Roskone cliente et Petrica Procuratore nostro ac aliis quam plurimis fide dignis.

sigillum gentilitium pensile.

Nº 8 p. 13/6 – 15/a

287

Wladislaus (Jagiełło) rex Poloniae villas monasterii ordinis Premonstratensis in Nova-Sandecz scilicet Dąbrowka, Januszowa, Librantowa, Kurcciszowa, Boguszówka, Wolfowa de jure polonico in jus teutonicum transfert.

1412

In Nova Sandecz, anno 1412 die 5 mensis Martii.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur opportunum existit. ut actus hominum litterarum apicibus et testium annotacione perhennentur. Ne lapsu temporis evanescant, Proinde Nos Wladislaus dej gracia Rex Polonie nec non Terrarum Cracouie Sandomirie Syradie Lancicie Cuyavie, Lytwaniegve Princeps Supremus Pomeranie Russieqve dominus et heres, Significamus tenore praesencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quomodo ad magnas precum instancias Religiosorum fratrum Johannis Abbatis et Conuentus Canonicorum Regularium Ordinis Premonstratensis alias domus pauperum in honorem Sancti Spiritus beate Marie virginis et undecim Milium virginum dedicatae intra Muros Ciuitatis nostre Nove Sandecz deuotorum nostrorum dilectorum ut eo deuocius diuinis instent laudibus et pro nobis nostraque Consorte liberius exorare valeant clemenciam saluatoris. Villas Monasterij ipsorum Dambrowa Januschowa Lybrantowa Qweczyschowa Boguschowka Wolfowa. in terra Cracouiensi et districtu Sandecensi sitas prout in suis metis et Granicijs longe late circumferencialiterque sunt limitate ab antiquo et distincte de Jure Polonico in Jus Theotunicum quod Szredense dicitur transferimus perpetuo duraturum, Remouentes ibidem omnia Jura

Polonicalia modos et consvetudines universas que ipsum Jus Theotunicum plerumque consueverint et sunt solita perturbare. Eximimus insuper absolvimus et perpetuo liberamus Scoltetos, Kmethones, Thabernatores, Molendinatores, Ortulanos et quosvis predictarum villarum Incolas, ab omnibus Exaccionibus, solucionibus servicijs Angarijs et preangarijs inventis et inveniendis quibuscunque nominibus nuncupentur. et ab omni Jurisdiccione et potestate omnium Regni

dalej Dodatek tygod 1851 Nr. 25

Nº 9.

Privilegium Libertationis ab exactionibus Seren Vladislai Regis A 1412

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Vladislaus Dei Gratia Rex Poloniae nec non Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Kujaviae, Lithvaniae Princeps Supremus, Pomeraniae Russiae Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit Universis, quod Cupientes diem extremi Judicij pietatis Operibus praevenire nobisque salutis aeternae praemia, precibus Sanctorum per Elemosynas impetrare. Ipsa enim Elemosyna pietatis amore impensa, caeteras virtutes praecellit, quae nos a peccatis potest abluere et restituere nobis clementiam Salvatoris. Habito igitur diligenti et devoto respectu ad Novum Monisterium, Canonicorum Regularium Beati Augustini Ordinis Praemonstratensis, alias domus Pauperum in honore Sancti Spiritus et Beatae Mariae Virginis Gloriosae ac Sanctarum undecim Millium Virginum dedicatum una cum infirmaria seu Hospitali inibidem infra Muros Civitatis Nostrae Novae Sandecz per nos erectum et fundatum attento etiam speciali fervore summa cum devotione Religiosorum Joannis Abbatis et Fratrum Conventus Ipsius ibidem in novo Monasterio cum ipso degentium, qui abjectis hujus mundi celebris in eodem Monasterio reclusi se ipsos divi-

nis laudibus inhærentes holocausta hostias Deo placentes
Salvatori immolari et offerre voluntarie elegerunt. Et ut
eorum devotionis participio adjungi valeamus eis merito
pro Commodosiori Ipsorum statumanum nostræ Rega-
lis Munificentiæ ipsis decrevimus porrigendam ut divi-
nis laudibus intendentes orationibus liberius vacare valeant
et pro nostra consortumque Nostrorum Serenissimo-
rum Principum Dominarum Hedvigis felicis memoriæ
olim et Annæ modernæ Poloniæ Reginarum ac Hed-
vigis filiæ nostræ Charissimæ salute Creatoris Nostri
misericordiam devotius exorare. Ad ejusdem Joannis
Abbatis et Fratrum Conventus ipsius instantes et
devotas precum instantias pro suo et Fratrum Ejusdem
Conventus ac pro Infirmorum in prædicto Hospi-
tali seu Infirmaria Languentium Sustentamento
sex Marcas argenti fusi Thesauro Regni Nostri
Poloniæ quondam de dicta Villa Januszowa cum
adjacentiis suis solvi consuetas et in sex Marcas
Grossorum Pragensium per Serenissimum Princi-
pem Dominum Ludvigum olim Regem Poloniæ
Antecessorem Nostrum bonæ Memoriæ præfato The-
sauro Regni Poloniæ, solvi debendas grossorum com-
mutatas demumque per Serenissimam Princi-
pem Dominam Hedvigim Reginam Poloniæ
olim Consortem nostram Charissimam supra-
dictam pauperibus et personis miserabilibus in
Hospitali seu Infirmaria Civitatis Novo San-

decz prædictæ Languentibus indultas et dimissas
pro ut testimonio literarum rescripti Privilegii
præfatæ Hedvigis Reginæ Poloniæ nobis luce clarius
exstat declaratum. Et quas hic volumus habere pro in-
sertis quæ quidem sex Marcarum argenti fusi in
sex Marcas grossorum Pragensium et earum indultum
et dimissionem ut supra dictum, rata, grata, atque
firma habentes ipsam que Villam Januszowa
cum pertinentiis suis videlicet: Librantowa, Lucie-
ciszowa, Boguszowa et Wolichowa, a solutione prædic-
tarum sex Marcarum Grossorum Pragensium The-
sauri nostri supradicti libertantes quietam facientes
et solutam, ipsas sex Marcas grossorum prædictorum una
cum quindecem scotis et quinque denariis census
annui nostro Thesauro supradicto de hortis, uno
videlicet horto, circa Ecclesiam Sti Adalberti a latere
providi Nicolai Wlodyka dicti et alio dicto Korzenows-
ki etiam prope Ecclesiam Sti Adalberti prædictam
et reliquos hortos juxta rippam fluvii dicti Zeglecka
ante fortas Civitatis Novæ Sandecz situatos, et ratione
prati de Pantkowa nec non de areis Domorum Mona-
sterio prædicto conjunctis et incorporatis solvi, soliti et
et debiti nihil Nobis et Successoribus Nostris in
prædictis sex Marcis et quindecem Scotis cum quin-
que denariis, census juribus, rationibus et Dominiis
reservantes damus, donamus, apropriamus, in-
corporamus justo donationis titulo misericor-

diter et largimus perpetuis temporibus duraturas per prefatos Abbatem et Conventum predicti Monasterii tollendas, exigendas, recipiendas, utifruendas et ad usus suos convertendas, pro ut ipsis melius et (?) utilius videbitur expedire. Harum quibus sigillum Nostre Majestatis est appensum testimonio literarum. Actum et Datum in Castro Cracoviensi, Feria Quinta infra Octavas Assumptionis Beate Marie Virginis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Duodecimo. Presentibus Reverendis in Christo Patribus Dominis Nicolao Archi Episcopo Gnesnensi, Adalberto Poznaniensi Episcopo, Validisque et Strenuis Christino de Ostrowo Castellano, Joanne de Tarnów Cracoviensi Nicolao de Michałów Sandomiriensi, Mathia de Łabyszyno Brestensi, Joanne Ligęza Lanciciensi Palatinis, Joanne de Tuliszkow Kalisiensi, Joanne de Szczekocin Lubliniensi Castellanis et Zbigneo de Brzezie Regni Poloniae Marszałkowe aliisque quam plurimis fide dignis. Datum per manus Reverendi in Christo Patris Domini Adalberti Sanctae Posnaniensi Ecclesiae Episcopi Regni Polloniae Cancellarij sincere nobis dilecti.

S. m. cer. pens

1412 C. B. (d. 18 Augusti)

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae possessiones monasterii Ordinis Praemonstratensis in Nova-Sandecia fundati, ab exactionibus et solutione census liberat.

Cracoviae, anno 1412, die 18 mensis Augusti.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Vladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithvaniae princeps supremus Pomeraniae Russiae dominus et haeres; significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quod cupientes diem extremi judicii pietatis operibus praevenire nobisque salutis aeternae praemia precibus sanctorum per elemosynas impetrare: ipsa enim elemosyna pietatis amore impensa ceteras virtutes praecellit quae nos a peccatis potest abluere et restituere nobis clementiam Salvatoris;

habito igitur diligenti et devoto respectu ad novum monasterium Canonicorum regularium Beati Augustini Ordinis Praemonstratensis alias Domus Pauperum in honorem Sancti Spiritus et Beatae Mariae Virginis gloriosae ac Sanctarum Undecim millium Virginum dedicatum una cum infirmaria seu hospitali inibidem intra muros civitatis nostrae Novae Sandecz per nos erectum et fundatum, attento etiam speciali fervore summa cum devotione religiosorum Joannis abbatis et fratrum conventus ipsius ibidem in novo monasterio cum ipso degentium, qui abjectis hujus mundi illecebris in eodem monasterio reclusi se ipsos divinis laudibus inhaerentes holocausta hostias Deo placentes Salvatori immolari et offerre voluntarie elegerunt, et ut eorum devotionis participio adjungi valeamus eis merito pro commodosiori ipsorum statu manum nostrae regalis munificentiae ipsis decrevimus porrigendam ut divinis laudibus intendentes orationibus liberius vacare valeant, et pro nostra consortumque nostrorum serenissimarum principum dominarum Hedvigis felicis memoriae olim et Annae modernae Poloniae reginarum ac Hedvigis filiae nostrae charissimae salute Creatoris nostri misericordiam devotius exorare, ad ejusdem Joannis abbatis et fratrum conventus ipsius instantes et devotas precum instantias pro suo et fratrum ejusdem conventus ac pro infirmorum in praedicto hospitali seu infirmaria langventium sustentamento sex marcas argenti fusi thesauro regni nostri Poloniae quondam de dicta villa Januszowa cum adjacentiis suis solvi consvetas et in sex marcas grossorum pragensium per serenissimum principem dominum Ludvicum olim regem Poloniae antecessorem nostrum bonae memoriae praefato thesauro regni Poloniae solvi debendas grossius commutatas demumque per serenissimam principem dominam Hedvigim reginam Poloniae olim consortem nostram charissimam supraditam pauperibus et personis miserabilibus in hospitali seu infirmaria civitatis Novae Sandeiz praedictae langventibus indultas et dimissas prout testimonio literarum rescripti privilegii praefatae Hedvigis reginae Poloniae nobis luce clarius exstat declaratum, et quas hic volumus habere qua insertas. Quae quidem sex marcarum argenti fusi in sex marcas grossorum pragensium et earum indultum et dimissionem ut supra dictum, rata, grata atque firma habentes, ipsamque villam Januszowa

Q. III No 190
p. 370.

Vladislaus (Jagiello) Rex Poloniae civitatem Nowy-Sandecz de jure polonico in jus teutonicum transfert.

Cracoviae, anno 1412 die 18 mensis Augusti. d. 19 Aug.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tum multis errorum et dubiorum incomodis prudenter occurimus, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotatione perhennamus. Proinde Nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae Lythwanieque Princeps Supremus et Heres Russie etc. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presentium noticiam habituris: Quod cupientes Civitatis nostre Novesandecz conditionem eanunc fieri meliorem, ejusque oppres-

sionibus et gravaminibus misericorditer subvenire; ut vero civitas predicta sub nostro felici regimine liberius respirare valeat et felicia recipere incrementa, ipsam civitatem nostram Novasandecz, prout in suis metis et graniciis, longe, late circumferencialiterque ab antiquo est limitata et distincta, de Jure Polonico in Jus Theutonicum, quod Maydburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removentes ibidem omnia Jura Polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum Jus Theutonicum Maydburgense predictum plerumque consueverunt et sunt solita perturbare. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus Advocatos, Cives et quosvis ipsius civitatis Novasandecz incolas, et ad ipsam seu ad jurisditionem ejus pertinentes, ab omni jurisdictione et potestate omnium Regni... (nostri). Castellanorum, Judicum, Subjudicum et quorumvis Officialium et Ministerialium, ut coram ipsis vel ipso-

rum aliquo pro causis tam magnis quam parvis... (puta)... furti, sanguinis, homicidii, incendii, membrorum mutilationis, et quibusvis alijs enormibus excessibus citati, minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur: Sed tantum Cives et Incole predicte civitatis Novasandecz coram suis Advocatis pro tempore existentibus, Advocati vero coram nobis aut nostro Generali colloquio, dum tamen per literam nostram, nostro sigillo sigillatam fuerint evocati et citati, tunc non aliter quam suo Jure Theutonico Maydburgensi predicto, de se querelantibus tenebuntur respondere. In causis vero criminalibus et capitalibus superius expressatis Advocatis predictis in metis et graniciis dicte Civitatis Novasandecz, judicandi, sentenciandi, corrigendi, puniendi, plectendi, et condempnandi, plenam damus et omnimodum tenore presentium concedimus facultatem, prout hoc ipsum Jus Theutonicum in omnibus suis punctis, articulis, senteniis, conditionibus et clausulis postulat et requirit.

Juribus tamen nostris Regalibus omnibus semper salvis. Harum, quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Cracovie feria quinta intra Octavas Assumptionis Sanctae Mariae Virginis. Anno Dni millesimo, quadringentesimo duodecimo. Presentibus reverendis in Christo Patribus Dominis Nicolao Archiepiscopo Gneznensi. Alberto Epo Posnaniensi et ceteris. Nec non Validis strenuisque viris Cristino de Ostrów Castell. Crac. Joanne de Tarnów Crac. Nicolao de Michałów Sandomirens. Joanne Liganza Lancicien. et Jacobo de Conieczpole Syradiens. Palatinis multisque aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus Rdi in Xto patris dni Nicolai Sanctae Gneznensis Ecclesiae Archiepiscopi, nobis sincere dilecti. Ad relationem ejusdem domini Nicolai Archiepiscopi Gneznen.

Consules Neosandecenses monasterio Sancti Spiritus Ordinis Praemonstratensis villas Januszowa, Librantowa, Kwieciszowa, Wolfowa, Boguszowa cum aliis possessionibus incorporant.

Novo-Sandeciae, anno 1412 die 30 mensis Decembris.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Joannes Fredrici, Thomas Fornajl, Jacobus Schoetz, Hermannus, Nicolaus Kania et Joannes Pistor, Consules Novae Sandecz civitatis tutores, collatores, gubernatores et praesentatores ecclesiae hospitalis et infirmariae

sancti Spiritus et Undecim mil-
lium Virginum, olim extra muros
praedictae Novae Sandecz civita-
tis erectae et aedificatae, nunc vero
ad civitatem praedictam Sandecz
in coenobium monasterij fratrum
Canonicorum Regularium Sanctae Ma-
riae Virginis gloriosae Ordinis Prae-
monstratensis una cum hospitali in-
firmariaque languentium pauperum
transplantatae, ac per serenissimum
principem et dominum Vladislaum re-
gem Poloniae, Cracoviae, Sandomiriae, Si-
radiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniaeque
haeredem ac Russiae et Lithvaniae
supremum principem fundatae, nec
non per praesentia clarum principem
et

et dominum Casimirum divina clemen-
tia felicis recordationis regem Poloniae
etc. constituti et effecti, prout in lite-
ris ejusdem domini Casimiri regis Po-
loniae sigillo majestatis ipsius sigillati
plenius continentur, quas hic acpi-
mus habere tamquam expressas: Uni-
versis et singulis tam praesentibus
quam futuris tenorem praesentium in-
tuituris significantes quod nostra volun-
tate bona, ex consensu fratrum nostrorum
totiusque communitatis civitatis Neo-
Sandecz ante fatae bona omnia, posses-
siones et singula haereditaria per
providos viros Nicolaum Kestynk et
Langzidel bonae memoriae cives san-
decenses de licentia et voluntate specia-
li praefati domini Casimiri regis nec
non

illustrissimae principis Hedvigis re-
ginae Poloniae felicis recordationis
empta et comparata pro ecclesia hos-
pitalis ac infirmariae supradicta et
pro redimendis pauperum defectibus hujus-
modi infirmariae et hospitalis futu-
rae contingentibus assignata villas vi-
delicet Janiszowa Sonenschein, Lib-
rantowa, Kwieciszowa, Wolchowa, Bogu-
szowa et sculteciam in Piątkowa nec
non hortos, unum circa ecclesiam S[ti]
Adalberti a Patere providi viri Nico-
lai Włodyka dicti, secundum Poschnow-
ski dictum etiam prope ecclesiam
Sancti Adalberti praedictam, et ter-
tium ante foras civitatis praedictae
juxta flumen Sieglarka dictum si-
tuatum, cum omnibus et singulis ~~u-~~
~~tilitatibus~~

utilitatibus, fructibus, censibus, pro-
ventibus, attinentiis, pertinentiis, emo-
lumentis et appendiis universis vide-
licet agris, rubetis, gais, silvis, me-
ricis, pratis, pascuis, piscinis, tabernis,
molendinis, venationibus, aucupationibus,
aquis et earum decursibus ad praefa-
tas villas et ad bona haereditaria
praedicta spectantibus, prout in suis
metis et gadibus longe late circum-
ferencialiter sunt distincta ab anti-
quo et limitata, venerabili religiosoque
viro domino Joanni heremitae ab-
bati, vel qui pro tempore fuerit, nec
non fratribus conventus monasterii
Ordinis Praemonstratensis ecclesiae
hospitalis infirmariaeque ~~pem~~ Sancti
Spiritus

et Beatae Mariae Virginis et
Undecimi Millum Virginum prae-
dictae, ut praemittitur, de suburbio
in civitatem Novae Sandecz prae-
dictam transplantatae una cum
pauperibus infirmariae saepe-dicti
hospitalis decumbentibus seu infirman-
tibus conjunctim et non divisim, con-
jungentes incorporamus, damus, appro-
priamus, largimus et justo donatio-
nis titulo perpetuis temporibus prae-
sentibus assignamus. per praefatos
abbatem et conventum monasterii
supradicti, qui tunc temporis fu-
erit, nec non pauperes in praedicta
infirmaria degentes tenenda, ha-
benda, possidenda, ac in usus suos

beneplacitos

beneplacitos monasterii pauperum hu-
jusmodi quam utiles et licitos dis-
ponenda et convertenda, prout dei-
ficum et magis licitum ipsis et
eorum successoribus videbitur, expedire.
Harum quibus sigillum Novae San-
decz civitatis, quo solite utimur, est
appensum testimonio litterarum. Da-
tum feria sexta infra Octavas Epi-
phaniae, Anno Domini Millesimo
Quadragentesimo decimo secundo, per
manus Jacobi de Dambrovica prae-
dictae Sandecensis civitatis notarium
scholarumque rectorem est editus praesens
consensus et datus.-

299

N°7.

N° XI.

Consules Neosandecenses monasterio Sancti Spiritus Ordinis Praemonstratensis villas Januszowa, Librantowa, Kwieciszowa, Wolfowa, Boguszowa cum aliis possessionibus incorporant.

300

~~Incorporatio Hospitalis 1412~~

Novo-Sandeciae, anno 1412 die 30 mensis Decembris.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Joannes Fredrici, Thomas Fornajl, Jacobus Scholtar, Hermanus, Nicolaus Thanicz et Joannes Pistor, Consules Novae Sandecz Civitatis Tutores Collatores Gubernatores et Praesentatores Ecclesiae Hospitalis et Infirmariae Sancti Spiritus et Undecim millium Virginum, olim extra muros praedictae Novae Sandecz Civitatis erectae et aedificatae, nunc vero ad Civitatem praedictam Sandecz in Coenobium Monasterii Fratrum Canonicorum Regularium Sanctae Mariae Virginis gloriosae Ordinis Praemonstratensis una cum Hospitali Infirmariae quae languentium pauperum transplantatae, ac per Serenissimum Principem et Dominum Wladislaum Regem Poloniae, Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniaeque haeredem ac Russiae et Lithvaniae supremum Principem fundatae, nec non per Praesentia clarum principem et Dominum Dominum Casimirum divina clementia felicis recordationis Regem Poloniae costituti et effecti, prout in literis ejusdem Domini Casimiri Regis Poloniae sigillo Majestatis ipsius sigillatae plenius continentur, quas hic capimus haberi tamquam expressas: Universis et singulis tam praesentibus quam futuris tenorem praesentium intuituris significantes quod nostra voluntate bona, ex consensu fratrum Nostrorum, totiusque universae communitatis Civitatis Neo Sandecz antefatae bona omnia, possessiones et singula haereditaria per

providos Viros Nicolaum Keslyng et Langzidel
bonae memoriae cives Sandecenses diligentia et volun-
tate speciali praefati Domini Casimiri Regis nec non
illustrissimae Principis Hedwigis Reginae Poloniae
felicis recordationis empta et comparata pro Eccle-
sia Hospitalis ac Infirmariae supradicta et profe-
dimentis Pauperum defectibus hujusmodi Infir-
mariae et Hospitalis futurae contingentibus assig-
nata Villas videlicet Januszowa Sonenschein
Librantowa, Kwiecziszowa, Wolchowa, Boguszowa
et Ecclesiam Pyatkowa nec non hortos unum
circa Ecclesiam Sancti Adalberti a latere providi Viri
Nicolai Wlodyka dicti, secundum Poschnowski dictum
etiam prope Ecclesiam Sancti Adalberti sita prae-
dictam et tertium ante portas Civitatis praedictae jux-
ta flumen Zeglarka dictum situatum cum omni-
bus et singulis utilitatibus fructibus censibus
proventibus attinentiis, pertinentiis emolumen-
tis et appendiis Universis videlicet agris Sub-
tis quaestibus silvis, mericis, pratis, pascuis, pisci-
nis, tabernis, molendinis, venationibus, aucu-
pationibus aquis et earum decursibus ad
praefatas Villas et ad bona hereditaria prae-
dicta ~~spectantibus~~ spectantibus prout in
suis metis et gadibus longe late circum-
ferencialiter sunt distincta ab antiquo
et limitata Venerabili Religiosoque Viro

Domino Joanni Heremith Abbati vel qui
pro tempore fuerit nec non fratribus Conven-
tus Monasterii Ordinis Praemonstratensis
Ecclesiae Hospitalis Infirmariae quae Sancti
Spiritus et Beatae Mariae Virginis et Un-
decim Millium Virginum praedicta ut permit-
titur de suburbio in Civitatem Novam Sandecz prae-
dictam transplantata una cum Pauperibus In-
firmariae saepe dicti Hospitalis decumbenti-
bus seu infirmantibus conjunctim et non divi-
sim contingentes incorporamus, damus, appro-
priamus, largimur et justo donationis titulo
perpetuis temporibus praesentibus assigna-
mus per praefatos Abbatem et Conventum
Monasterii supradicti qui nunc temporis
fuerit, nec non pauperes in praedicta infir-
maria degentes tenenda, habenda, possidenda ac
in usus suos beneplacitos Monasterii Pauperum
hujusmodi quam utiles et licitos disponenda
et convertenda prout deificum et magis li-
citum ipsis et eorum successoribus videbitur
expedire. Harum quibus sigillum Novae
Sandecz Civitatis quo solite utimur est appensum
testimonio litterarum. Datum feria sexta infra
Octavam Epiphaniae, Anno Domini Millesimo
Quadringentesimo Decimo Secundo per ma-
nus Jacobi de Dambrovica praedictae Sandecen-
sis Civitatis Notarium Scholariumque Rectorem
est editum praesens consensus et datur

Sigil. Magn. Cer. pensil.

D. 30 Decemb.

1412 C. B.
1413. C.

Consules civitatis Cracoviensis recognoscunt
quod Franciscus Treutil civis Cracovien-
sis confessus sit domum [redacted] in ci-
vitate Neosandecensi sitam ad fi-
liam suam Annam uxorem Pet-
ri Falkenberg pertinere.

Cracoviae, anno 1413, die 29 mensis Martii.

Wir Petir Fochsczagil, Hannus Borg, Hartlipp von
Elucze Niclos Plathener, Hanns Fredlant, Caspar Boz-
niecz, Claus Kezinger vnd Petir Briger Rathmanne
der Stat Crakow Bekennyn allin mit desem brife das
vor vnsirs Rathis keginwortikeyt hot dy erbar frauwe
Anna Nicolay Falkinbergis eliche wirtynne von vns de-
muteklich begerit das wir den erbirn Franczken Treutiln
iren eautir vor vns czu komyn ruffin vnd besendin
sulden, des würde wir kegin ir als kegin unsir mit-
burgerynne von libe bewegit vnd machtin den selbin
iren vatir mit vnsir vorbottunge vor vns stellig, des
stund dy obgen frauwe vnd dankte mit allir czucht vnd
eren demselbin irem vatir allis guttis, das her sye libli-
chin dirczogin vnd guttiklich ybndij gehandilt vnd gehabit
hette vnd des willen allir der gut.... vnd allirley erbe d..
d.. wern' von irem eldiruatir adir eldirmuttir bequomyn der
hette sy em wol gegin . . . . .e czu habin vnd czu ge-
bruchin dy weyle her lebit, vnd auch do got vorse . . . . . .

strenge notdorft antrete, das her mit en vnd sundirlich mit
dem hause czum Newinczanse tun vnd losin möhte, als
ir liber vatir vnd was sy em auch vas getun mochte do wyl
sy em gerne czu gereyt seyn als seyne demutege tochtir
vnd dorume das czu czukunftigen czeyten adir noch sey=
me tode nicht infelle geschan dorftin so furdirt sye von
demselbin irem vatir, das her welle bekennyn wy is mit
dem obigen hause czum Newinczanse am dem Ringe gele-
gin sulde seyn geschrebn , doroff bekante der obgenante
Franczke Treutil das das selbe haus were von irer
mutter stamme an en komyn, vnd das nym.... des nehers
rechtis noch seyme tode doreczu hette wen dy egen͂ seyne
tochtir Niclos Falkinbergin vnsir mitburgerynne vnd ire
kynder ane geczugnos desz brifis da der obge.... ....t
Cracow Sigil an͂ ist gehangin. Gegebin am Montag noch
dem Suntage Oculi . . . . Chr͂m Tausunt
vir hundirt vnd dreyczen Jar.

(Ex originali pergameneo cujus sigil-
lum pensile avulsum erat)

[illegible]

Vladislaus (Jagiello) rex Poloniae privilegia civitati Neo-Sandeciae a regibus Venceslao a. 1292, Vladislao Loctico a. 1330 et Casimiro magno a. 1344 concessa, confirmat.

In Niepolomice, anno 1415. die 15 mensis Novembris.

In nomine Domini Amen. Fundus civitatis Novae Sandecz. – Ad perpetuam rei memoriam. Magnifica res est et status requirit aequitatis principum decreta observare et auctoritatem quam justa sanxit inventio revereri. Proinde nos Uladislaus rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithvaniaeque princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus ac haeres, Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris, Quomodo ad nostrae majestatis praesentiam consules civitatis Novae Sandecz nostrae accedentes, nobis cum devota supplicarunt instantia, quatenus litteras divi principis Casimiri regis Poloniae praedecessoris nostri ratihabitionis et confirmationis litterarum praeclarorum principum divae memoriae Uladislai Poloniae et Venceslai Bohemiae regum antecessorum suorum ratificare et confirmare dignaremur, cujus tenor sequitur in haec verba:

In nomine Domini Amen. Nos Casimirus Dei gratia Rex
Poloniae notificamus quibus expedit universis, Quod vir
discretus et honestus nomine Nicolaus advocatus san=
decensis Bertoldi quondam natus nobis humiliter et
reverenter supplicavit, ut privilegium super eadem
advocatia per illustres principes videlicet Venceslaum
regem Bohemiae datum et concessum et demum per
nostrum genitorem clarae memoriae confirmatum, si=
bi et natis fratris sui Georgii felicis recordationis dig=
naremus sub ratihabitione confirmare. Cujus privi=
legii erat tenor talis:

In nomine Domini Amen. Cunctorum perit
memoria factorum, nisi scripto legitimo et
testimonio fide digno perennetur salubriter
et firmetur: Hinc est quod nos Vladislaus Dei
gratia Rex Poloniae nec non terrarum Craco-
viae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae
etc. notificamus universis praesentibus et fu=
turis: Quod accedens ad nostram praesentiam
discretus vir Nicolaus advocatus noster San=
decensis tam suo quam etiam Georgii filii quon=
dam Ludovici advocati ibidem nomine nobis
humiliter supplicavit, ut privilegium suorum
progenitorum super advocatia novae civitatis
Sandecensis olim a rege Bohemiae obtentum et
demum per nos confirmatum dignaremur eis et
eorum legitimis successoribus cum ratihabitione
omnimoda per nostras litteras sub nostro sigillo
regio confirmare, cujus privilegii tenor erat talis:

„Nos Venceslaus Dei gratia rex Bohemiae
„dux Cracoviae et [illegible] Sandomiriae, marchioque

„Moraviae: notum facimus universis tam praesen=
„tibus quam futuris: quia nos civitatem nostram
„Sandecz ad illum locum, in quo nostra villa Kame=
„nitz sita est, dilectis fidelibus nostris Berthol=
„do advocato et Arnoldo cum suis fratribus filiis
„Tyrmani ejusdem advocatiae consortibus concedi=
„mus locandam, annectentes ad ipsam civitatem
„Sandecz septuaginta duos mansos, quos a quoli=
„bet homine enodabimus et liberos penitus fa=
„ciemus. Debet autem mansus quilibet decem sco=
„tos argenti usualis in festo sancti Martini
„census nomine solvere annuatim. De quibus
„septuaginta duobus mansis sex ad communem
„omnium civium utilitatem pro pascuis et
„aliis usibus pertinebunt; quatuor omnino li=
„beri, et de duobus mansis tota communitas, et
„de aliis laneis censum solvet nobis, sexto dena=
„rio pro advocatis reservato; de aliis autem
„universis mansis et areis, quae areae per dimi=
„dium scotum solvent, sextam partem dicti ad=
„vocati habebunt, pro nobis quinque partibus
„reservatis. Sed de apotecis, cameris pannorum,
„[illegible] mensibus panum, sutorum et
„macellis, de examinatorio libra plumbi, et
„aliis omnibus structuris in eadem civitate, de
„quibus utilitates aliquae provenire poterunt,
„eorundem proventuum sexta pars etiam eis=
„dem advocatis cedet, et quinque partes debent
„applicare pro communi utilitate et commodo ci=
„vitatis ejusdem; omnia nihilominus macella,
„quaecunque iidem advocati propriis sumptibus

„comparabunt, construent et ement, et duo bal=
„nea, unam curiam in qua pecora mactantur,
„quae Kutelhoff vulgariter nuncupatur; et
„unum mansum cum curia in civitate prae=
„scripta, molendina insuper quotquot neces=
„saria eidem territorio super Dunayecz in
„utroque littore in Camenicz et Elbinge
„aquis, suis impensis facient, ab omnibus cen=
„sibus et servitutibus quibuslibet iidem ad=
„vocati cum suis haeredibus libera posside=
„bunt et molendina praedicta nulli alii quam
„ipsis construere licebit. De culpis vero judi=
„cii et causis cujuslibet rei tertia pars ipsis
„et eorum haeredibus, et duae partes proven=
„tuum omnium nobis cedent. Et quia ad ip=
„sam civitatem addidimus de sylvis nost=
„ris centum mansos, quos in spatio quin=
„decim annorum a data praesentium loca=
„rent; et quotquot de praedictis mansis lo=
„cati fuerint, in spatio eodem ad similem
„censum supradictorum mansorum tenebun=
„tur, et ipsi etiam advocati totam partem
„habebunt de eisdem mansis proventuum
„quorumcunque. Hoc quoque addidimus, quod
„si aurum vel metallum qualecunque advocatos
„et cives ejusdem civitatis infra terminos et limi=
„tes haereditatis pertinentes ad ipsos fortuna
„favente invenire et cum sumptibus eorum elabo=
„rare contigerit, omne jus, ut circa talia principes
„alii consveverunt eis volumus observare. Constitui=

„mus insuper ut theloneum non in antiquo loco, sed
„in praesenti recipiatur, et via ibidem communis
„et publica deinceps dirigatur. Amplius volumus
„quod in toto districtu apud ipsam civitatem
„nullum forum habeatur alias quam ibidem; volen=
„tes ut hi qui secus praesumpserint per advocatos
„praedictos rebus omnibus spolientur et personae
„nobis cum spolio praesententur. Quare ut civita=
„tis ejusdem conditio melioretur, annuale forum in
„festo beatae Margarethae usque ad ejus octavam
„servare et habere volumus cum omnimoda liberta=
„te. Monetam etiam pro utilitate civitatis per advo=
„catos instaurandam concedimus et favemus. Caete=
„rum alii incolae undecunque venientes ad inhabitandam ip=
„sam civitatem per ducatus nostros Cracoviensem
„et Sandomiriensem liberum habeant transitum,
„a theloneis absolutum; et iidem incolae in civita=
„te commorantes per utramque Wartham id est
„Bronam vectigari versus Hungariam ad nul=
„lum etiam theloneum teneantur. Adjungimus
„etiam in praesentibus decernentes, ne quis in spatio
„unius milliaris ad omne latus civitatis ejusdem
„tabernam braxari audeat ullo modo, decernen=
„tes in spatio eodem nulla per quempiam artifi=
„cia exerceri. Applicamus etiam eidem civitati ad
„utilitatem nemus ex omni parte, piscationem et
„venationem in metis et terminis ipsorum. Praedic=
„ta vero civitas locata esse debet sub juribus uni=
„versis Magdeburgensibus, quae in civitate Cracovi=
„ensi ex nunc vigent et hactenus viguerunt et ad
„jus ibidem praescriptum recurrant, si de aliquo

„fuerit dubitatum. Praedictas autem utilitates dictis advocatis Bertholdo et Arnoldo cum suis „fratribus universis et eorum successoribus legitimis liberas ad vendendum et donandum praefatis „juribus perpetuis temporibus condonamus et eadem „inter se percipiant et partiantur secundum justitiam pari modo. In cujus rei testimonium praesentes fieri et nostrorum sigillorum munimine jussimus roborari. Datum in Cracovia, Anno Domini Millesimo. CC. nonagesimo secundo, per manus Henrici prothonotarii cracoviensis et sandomiriensis Quaz vulgariter nuncupati; sexto „Idus Novembris.

Nos igitur attendentes ex hujusmodi locatione civitatis praedictae nobis et nostris successoribus utilitates plurimas accrevisse dictorum Nicolai et Georgii advocatorum ibidem justis et rationabilibus precibus inclinati, et ut ipsos ad ampliora nostra servitia provocemus, praedictam advocatiam cum universis suis juribus et pertinentiis, prout in eodem privilegio sub singulis suis clausulis continetur, ipsis Nicolao videlicet et Georgio successoribusque eorundem, communicato nostrorum baronum consilio jure haereditario perpetuo possidendam tenore praesentium censuimus confirmandam. In cujus rei perpetuam memoriam sigillum nostrum regium duximus praesentibus apponendum. Datum Cracoviae, Anno Domini Millesimo. CCC. trigesimo. Praesentibus nobilibus nostris Nawogio castellano, Spicimiro palatino, Zbigneo cancellario cracoviensibus, Joanne castellano sandecensi, Andrea dapifero, Zegotha gladifero cracoviensi, Hermano procuratore

nostro generali et aliis plurimis fide dignis. Datum per manus domini Petri praepositi sandomiriensis et vicecancellarii curiae nostrae.

Nos itaque ipsius Nicolai justis petitionibus satisfacere volentes, intuitu fidelium servitiorum quae genitori nostro impendit et nobis se offert impensurum, sibi Nicolao et natis praedicti Georgii et ipsorum legitimis successoribus praedictum privilegium cum singulis clausulis et articulis in ipso privilegio contentis, ~~[illegible]~~ praesenti patrocinio sub appensione nostrorum regalium sigillorum liberaliter confirmamus, hoc adjecto, quod idem Nicolaus et nati dicti Georgii ac haeredes eorundem cum duobus renneriis sublatis ad quamlibet expeditionem communem cum terrigenis nobis et nostris haeredibus servire tenebuntur. Datum Cracoviae, Anno Domini Millesimo. CCC. xl. quarto. Praesentibus his testibus: Spithcone castellano, Sbigneo cancellario cracoviensi, Petro dicto Nossal castellano sandomiriensi, domino Hermano cancellario cuyaviensi, nostro procuratore cracoviensi, Nicolao dicto Wyrsingo dapifero sandomiriensi, Clemente dapifero nostro cracoviensi et aliis multis testibus fide dignis. Datum per manus domini Petri vicecancellarii curiae nostrae et praepositi sancti Floriani.

Nos itaque Vladislaus rex praefatus hujusmodi petitionibus ipsorum tanquam justis benigniter inclinati, praefatum instrumentum publicum in omnibus ipsius punctis, conditionibus, sententiis, clausulis, ratificamus, approbamus, decernentes ea omnia et singula robur obtinere perpetuae firmitatis. Ut autem praefatae civitati nostrae ~~[illegible]~~ Novae Sandecz melior subsequatur conditio et profectus, valeantque cives et incolae sub nostro felici regimine uberius respirare

et pro nobis Salvatorem omnium denunciando exorare, jus theutonicum quod magdeburgense dicitur ipsis concedimus et largimur, removentes ibidem omnia jura polonica, modos et consvetudines universas quae ipsum jus theutonicum magdeburgense praedictum plerumque consueverunt et sunt solita perturbare, insuper absolvimus et perpetuo liberamus advocatos, cives et qvosvis ipsius civitatis Novae Sandecz incolas et ad ipsam seu ad jurisdictionem ejus pertinentes ab omni jurisdictione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, capitaneorum, judicum, subjudicum et quorumvis officialium et ministerialium, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sangvinis, homicidii, incendii, membrorum mutilationis et qvibusvis aliis enormibus excessibus citati minime respondebunt, nec aliqvas poenas solvere tenebuntur, sed tantum cives et incolae praedictae civitatis Novae Sandecz coram suis advocatis pro tempore existentibus, advocati vero coram nobis aut nostro generali colloqvio, dum tamen per litteram nostram nostro sigillo sigillatam fuerint vocitati et citati, tunc non aliter quam suo jure theutonico magdeburgensi praedicto de se quaerulantibus tenebuntur respondere. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressis advocato praedicto in metis et granitiis dictae civitatis judicandi sententiandi, corrigendi, puniendi, plectendi, condemnandi plenam damus et omnimodam tenore praesentium concedimus facultatem, prout hoc ipsum jus theutonicum in omnibus suis punctis, articulis, sententiis et conditionibus et clausulis postulat et requirit, juribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Niepolomice, feria sexta proxima post festum beati Martini, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinto decimo; Praesentibus ibidem reverendo in Christo patre Alberto episcopo, Cristino de Ostrow castellano, Joanne de Tarnow palatino cracoviensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Jacobo de Koniecpole syradiensi palatinis et Joanne de Szczekocin castellano lublinensi, majoris Poloniae capitaneo et aliis pluribus fide dignis. Datum per manus ejusdem reverendi patris domini Alberti episcopi cracoviensis cancellarii et venerabilis Donyn decani cracoviensis vicecancellarii regni Poloniae sincere nobis dilectorum.

Nicolaus Strelicz advocatus neosandecensis vendit Jacobo de Czeczrewina sculteto, sculteciam in villa Kunow.

Nova-Sandecz, a. 1416. d. 24 Novembris.

In nomine domini. Amen. Ea quae de matura libertate sanoque consilio pro comodo aguntur temporis attestatione veridica, scriptoque patenti pro commemoratione longingua, quorum labilis est memoria ratio sana debet subvenire. Nos igitur Nicolaus Strelicz Novae Sandecz Advocatus Significamus quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris, Quod cupientes loca deserta nostrarum villarum hominum convocatione adimplere et fructus nostros amplioribus utilitatibus adaugere, sculteciam in villa nostra Kunow dicta in districtu Sandecensi sita honesto viro Jacobo de Czeczrewina Sculteto pro triginta et una marc numeris polonicalis consveti quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, quarum sex marcas pecuniis in minutis et residuum in mediis grossis communiter decurrenti nobis exsolvit, arte et

rationabiliter exposuimus et vendidimus perpetue et in aevum, ad quamquidem sculletiam duos mansos liberos ab antiquo adipsam sculletiam spectantes et medium mansum sibi nunc adjunximus et adjungimus praesentium per tenorem, tabernam molendinum unum vel plura pnti in loco vel ubicumque suis in metis et graniciebus struere que melius poterit prata pascuas piscinas quas nisi struere poterit libere habebit de silvis tam magnis quam parvis rubetis virgultis et mericis ligna tantum quantum necessarium fuerit aut sibi placuerit etiam libere excidat vendat aut quo voluerit deducat omnia sine contradictione. In quibus quidem silvis omnia et singula mellificia sibi et suis successoribus legitimis praesentibus appropriamus, Etiam sextum denarium de censibus et tertium denarium de qualibet re judicata, sartorem sutorem fabrum carnificem et omnes utilitates quas sine dispendio nostro facere poterit, Ita tamen quod idem Jacobus Scultetus suis cum successoribus praedictam villam Kunow nobis jure theutonico regere et gubernare tenebitur et debebit, et pro expeditione dum proclamata fuerit et Dominus ad ipsam proprio corpore equitaverit non magis nisi tres marcas Domino aponet nec aliqua juvamina aut honores cum Kmethonibus Domino faciet, excepto illo videlicet quod scultetus praedictus cum Kmethonibus suis ter in anno prandia secundum terrae consvetudinem facient nobis

et successoribus nostris, videlicet scultetus unum et Kmethones duo aut loco cujuslibet prandii unum fertonem dare debebunt. Quam quidem sculletiam idem Jacobus Scultetus et sui liberi ac successores legitimi cum ejus omnibus utilitatibus censibus fructibus redditibus proventibus coherentiis et appendiis universis habebunt, tenebunt utifruentur et pacifice temporibus perpetuis possidebunt, nec non vendent commutabunt, obligabunt et alienabunt de nostro tamen consensu et voluntate speciali. Demum propter merita et fidelia servicia praefati Jacobi Sculteti sibi suis liberis et legitimis successoribus tres Kmethones in Yamnycza et tres de Kamonka Sculletiam ad suprascriptam adjunximus ac tenore praesentium adjungimus perpetue et in aevum, Ita tamen quod omnes Kmethones tam de Kamyonka Falycowa Yamnycza quam de Kunow tenentur et tenebuntur molere omnino in molendino Sculteti antefati sub poena quam statuerit Scultetus de Kunow memoratus. Item de honoribus quos facient Kmethones tempore Paschae domino eorundem bonorum sexta pars erit et fieri debebit Sculteto de Kunow antefato, Scultetus etiam praedictus nullos honores Domino dare tenebitur et debebit excepto uno fertone prandii super festo Sancti Martini, nec aliqua faciat servitia sed de omnibus erit liber penitus et solutus excepta expeditione generali proclamata,

de qua dabit domino tres marcas ut est superius expres=
sum. Et ut eadem villa nostra Kunow eo melius valeat
collocari Sculteto qui pro tempore ibidem fuerit in metis
et graniciebus villae memoratae in causis tam crimi=
nalibus quam capitalibus parvis quam magnis puta
furti sanguinis effusionis homicidii incendii membro=
rum mutilationibus et quibusvis aliis enormis ex=
cessibus judicandi sententiandi corrigendi plectendi et con=
dampnandi plenam damus et omnimodam concedimus
facultatem prout Jus Theutonicum Meydburgense
praedictum in omnibus suis punctis sententiis arti=
culis conditionibus et clausulis postulat et requi=
rit, juribus tamen nostris in omnibus semper salvis.
Scultetus vero kmethones et incolae ejusdem villae in causis
enormibus et criminalibus superius expressatis parvis
quam magnis citati a quacumque persona vel quibuscumque
personis ad quodcunque judicium minime respondebunt
sed tamen kmethones suo coram Sculteto qui pro tempo=
re fuerit Scultetus vero coram nobis aut a nobis sub=
stituto tunc non aliter quam suo jure Meydburgen=
si praedicto de se quaerulantibus tenebitur respondere.
Harum quibus sigillum nostrum est appensum tes=
timonio literarum. Actum et datum in Nowasandecz
feria quinta ipso die Sanctae Elizabeth Anno Domi=
ni Millesimo Quadringentesimo decimo sexto, praesen=
tibus providis et circumspectis viris Johanne Czepser
Petro Pellifice Johanne Keslar Jacobo Keslar Nicolao
Czypser Petro Ffafferling et Cloz Gerlicz conivibus

Sandiczensibus et Scabinis et aliis quam pluribus tes=
tibus fide dignis, ad praemissa vocatis specialiter
et rogatis &.

Pieczęć mała ~~wi~~ wisząca na ~~[illegible]~~ perga=
minowej taśmie z wosku białego ma=
jąca w herbie X i dokoła napis nieczytelny.

N° 76 N. CXXXXIX

Wladislaus (Jagiełło) rex Poloniae Nicolao de Michalow palatino sandomiriensi mandat, ut Annam relictam consortem Clementis Birowo de Przybynice in possessionem civitatis Ciężkowice introducat.

Cracoviae, anno 1424, die 10 mensis Martii.

Wladislaus Dei gratia rex Poloniae etc. Strenue et nobilis fidelis noster dilecte! Dudum magnifico Nicolao de Michalow palatino sandomiriensi et capitaneo cracoviensi nobis dilecto causam, quae inter generosam Annam relictam Clementis Birowo de Przibinicze de et super possessione civitatis Czeschowicze ab una et Petrum Stralicz advocatum de Sandecz ab alia partibus vertebatur, comisseramus judicandam. Qui quidem Nicolaus palatinus assumptis sibi reverendo in Christo patre domino Alberto archiepiscopo gnesnensi tunc episcopo cracoviensi et magnifico Johanne de Tarnow

palatino cracoviensi, judicialiter reperit, ad dictam dominam Annam relictam Birowo possessionem dictae civitatis Czeschowicze debere de jure pertinere et pertinet. Ideo tuae fidelitati mandamus habere volentes, quatenus visis praesentibus praedictae dominae Annae de Przibinicze possessionem praedictae civitatis Czeschowicze debeas assignare, corporalem et realem, secus pro gratia nostra facere non ausurus. Datum Cracoviae, feria ~~[illegible]~~ sexta proxima post diem Cinerum, Anno Domini M°CCCC°XXiiij°
Relatio domini Stanislai Czolek

(Litera haec ad Nicolaum de Michalow palat. sandomir. et capit. cracov. directa oblata in Actis castr. cracov. fer. 5a in octava S. Wenceslai 1424 Libr. collogv. A. 1424 Tom. 9)

Vladislaus (Jagiello) rex Poloniae certam superficiem terrae versus fluvium Dunajec protensam monasterio ordinis carthusiensis in Lesnica (in Hungaria) donat.

In Drohobycz, Anno 1424, d. 27. Octobris.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Tunc praeter divinae retributionis praemium, temporalis prosperitatis votivum incrementum prosequi infallibiliter credimus, cum personis ecclesiasticis munificentiae nostrae dexteram impertimur. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithuaniaeque princeps, supremus Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium universis praesentibus et futuris: Quomodo considerato sincerae devotionis zelo, quo fratres carthusienses monasterii in Lechnicz de Valle S. Antonii in terra Scepussiensi, virtutum dono in spiritu humilitatis sedulum impendunt famulatum, orationumque ipsorum cupientes esse participes, per quod praesidia et in praesentis vitae decursu votivae felicitatis incrementa authore Domino amplecti et in futuro aeterna gaudia consequi speramus: Horum intuitu quandam

superficiem terrae a monasterio usque littus fluvii Duna=
vecz progredientem, et plerumque ea inundatione fluvii
ejusdem impeditam, cum omnibus et singulis ejus fructi=
bus ac utilitatibus ex ipsa arte, ingenio, aut quocun=
que labore acquirendis, monasterio et fratribus carthu=
siensibus pro tempore constitutis, jure perpetuo et irre=
vocabiliter et de promptuario libertatis nostrae ex certa
nostra scientia dedimus et donavimus, damus et donamus,
per ipsos libere et pacifice tenendam, possidendam et
habendam, ita ut fratres monasterii praedicti pro tem=
pore constituti, nostri memoriam in ipsorum orationi=
bus facere sint adstricti, de quo conscientias ipsorum
oneramus. Harum nostrarum vigore litterarum, quibus
sigillum nostrum est appensum. Actum in Drohobicz,
Feria sexta in vigilia Simeonis et Judae A.A. Anno
Domini MCCCCXXIV. Praesentibus ibidem reveren=
dissimo in Christo patre domino Joanne Dei gratia
archiepiscopo leopoliensi, nec non magnificis et stre=
nuis Joanne de Tharnow palatino cracoviensi, Spit=
kone de eadem Tharnow capitaneo Russiae, Spitkone de
Melstin, Joanne Kraska, Laurentio Zaramba marschal=
co curiae nostrae, et aliis fide dignis testibus ad prae=
missa. Datum per manus venerabilium Joannis Scha=
franiecz decani cracoviensis cancellarii et Stanislai
Czolek cantoris cracoviensis vicecancellarii regni Po=
loniae, nobis sincere dilectorum.

W. III p. 185-186.

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae capitaneo castri Czorsztyn mandat ne monasterium ordinis carthusiensis in Leśnica (in Hungaria) ratione quaedam insulae fluvii Dunajec molestare audeat.

Leopoli, Anno 1425, d. 10 Octobris.

Wladislaus rex Poloniae etc. Fidelibus nostris castri nostri Chorstin [Czorsztyn] capitaneo qui pro tempore fuerit et aliis praesentibus requirendis, gratiam regiam et omne bonum. Fideles nostri: Mandamus vobis seriose praecipientes, quatenus fratres nostros ordinis carthusiensis devotos circa litteras per serenissimam dominam Hedvigem principem, olim reginam Poloniae, nostram consortem charissimam, data servare et tenere debeatis, ipsosque molendinis, piscinis, lacubus, piscaturis, aqvis et quadam insula ultra Dunajetz et aliis vexationibus impedire minime debeatis, juxta tenorem litterarum earundem aliud pro gratia nostra non ausuri. Datum in Leopoli, feria quarta proxima ante Calixti, Anno Domini MCCCCXXV. – Dominus Rex per se.

Druk w Rzyszczewskim Codex I p. 291

Confirmat per regem Joannem Albertum in Podolyniecz fer. 5a festi Ascension. Domini 1494 (Rzyszczewski Codex I p. 249)

W. III p. 186–187.

Elisabeth relicta vidua Martini Balneatoris de Antiqua-Sandecz mediam quartam partem agri et hortum in Antiqua-Sandecz conventui ordinis Fratrum Minorum in Cracovia, coram Officio advocatiali Vetero-Sandecensi vendit.

Vetero-Sandeciae, Anno 1430, die 24 mensis Januarii.

Nos Mathias Bul Advocatus vna cum Thoma Nyethopirz, Stanislao Kloczek, Martino Czoskiglowa, Stanislao Zaczekacz, Alberto Scrodzinsky, Nicolao Wyechtek, Petro Misleczsky Scabinis Juratis, recognoscimus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris: Quod cum Judicium bannitum feria tertia post festum Sancte Agnetis celebrabatur, veniens Elizabeth relicta Martini olim Balneatoris de Antiqua Sandecz, de consensu et voluntate Petri filii sui Margarethe, Dorothee ac Anne filiarum suarum, coram Judicio personaliter stantium per Nicolaum dictum

Zachnicz procuratorem suum cum plena et omnimoda potestate per ipsas et ipsum legitime constitutum resignavit et resignaverunt mediam quartam agri agris Kuligonis ex una et Johannis Kokorzeconis parte ex altera contigui in Antiqua Sandecz et ortum orto Jacobi dicti Surmam contiguum Reverendo patri domino Johanni Ministro Bohemiae et Polonie provincie nec non venerabilibus viris dominis Custodi Gardiano et fratribus Conventus Cenobii sancti Francisci de Cracovia ita late longeque prout in suis limitibus sunt distincta et limitata ad manus Petri Barthconis de Antiqua Sandecz perpetualiter tenenda, habenda, vendenda, possidenda, utifruenda commutanda pro sua et ipsorum beneplacita voluntate convertenda, Ita quod eadem Elizabeth non reliquit aliquod Jus pro suis pueris, filiis et filiabus praesentibus vel absentibus in agro et orto supradictis, sed totum Jus eorundem agri et orti in praefatos dominos Ministrum et fratres Conventus supradicti convertit, hoc adiecto, quod eadem Elizabeth predicto orto uti debet ad tempora vitae suae duntaxat. Actum et datum in Antiqua Sandecz feria tertia proxima post festum Sancte Agnetis Anno Domini Millesimo CCCC° tricesimo, nostro sigillo subappenso.

(Ex archetypo pergameneo, cuius sigillum pensile avulsum.)
(in Magistratus Antiquae Sandecz archivo)

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae partem thelonei per cives Bartphenses solvendi, monasterio monialium Vetero-Sandecensi ademptam, eidem monasterio restituit.

In Krosno, Anno 1430, die 30 mensis Aprilis.

Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Lithuaniaeque Princeps supremus et haeres Russiae etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quod quamquam religiosae... monialium et suo conventui Sanctae Trinitatis de Antiqua Sandecz partem thelonei Bardiiowiensis ad praedictum monasterium ab antiquo spectantis et pertinentis ab omnibus mercantiis et rebus de Bardiiow per Grebow transeuntibus ex certis causis receperamus et praedictis oppidanis Bardiiowiensibus donaveramus duntaxat ad beneplacitum nostrae voluntatis; tamen attendentes grava=

mina et defectus praedictae abbatissae et ipsarum so=
rorum in dicto monasterio degentium eandem
partem thelonei ad praedictum monasterium et suum
conventum ab antiquo spectantis et pertinentis, ut eo
diligentius et devotius pro nobis et nostris successo=
ribus Altissimum valeant exorare, ipsi abbatissae
et suo conventui restituimus per praesentes, parte
nostra thelonei, si quae ibi est nobis provenientis,
pro nobis et successoribus nostris reservata. Ideo
vobis Stanislao Wlostowski in Noua Sandecz et
Sigismundo Bobowski in Grebow tenutariis, aliis=
que pro tempore existentibus committimus et manda=
mus omnino habere volentes, quatenus praedictam
abbatissam de Antiqua Sandecz et suum conventum in
huiusmodi ipsius theloneo nulla praesumatis im=
pedire ratione, sed ipsam secundum durationem anti=
quam, quam a bonae memoriae Kazimiro olim Rege
Poloniae antecessore nostro habet, debeatis conservare,
secus non facturi gratiae nostrae sub obtentu. Ha=
rum, quibus sigillum nostrum praesentibus est appen=
sum testimonio literarum. Datum in Crosno, feria

secunda in vigilia beatorum Philippi et Jacobi Apos=
tolorum, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo
tricesimo. Relatio strenui Johannis Taska de Koniec=
polie.

(Ex Confirmatione Alexandri Regis
Pol. data Cracoviae feria secunda post
dominicam Palmarum 1520 – in
Copiario privilegiorum monasterii ord.
S. Clarae in Antiqua Sandecz, XVII saec.
scripto, fol. 27 v.)

13 324

Consules Neo Sandecenses recognoscunt Nicolaum Lawrotowicz molendinum in villa Piątkowa Bartholomaeo abbati Neo Sandecensis monasterii ordinis praemonstratensis vendidisse.

Neo Sandeciae, anno 1434, die 24 mensis Aprilis.

Nos consules civitatis Novae Sandec recognoscimus tenore praesentium, quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris: Quod accedentes ad nostram praesentiam, sculletus cum juratis de villa nostra Piątkowa recognoverunt coram Nobis, quomodo venerabilis vir dominus Bartholomeus abbas monasterii

et hospitalis Sancti Spiritus in Nova Sandec Ordinis Praemonstratensis Cracoviensis dioecesis in bannito judicio ipsorum reposuit certam summam pecuniae Nicolao molendinatori dicto Lawrotowicz feria secunda alias ipso die Sancti Lucae evangelistae de Anno Domini Millesimo Quadragentesimo trigesimo quarto, pro universis et singulis laboribus quos impendit praedictus Nicolaus de et super fundatione et erectione novi molendini sub monte in Piantkowa quod debuit postquam extrusisset titulo haereditario possidere; porro praefatus Nicolaus molendinator praedicta die in signum satisfactionis suae resignavit pleno jure praedictum molendinum novum coram

praefatis

praefatis sculteto et juratis praedicto domino abbati etiam tunc coram ipsis personaliter constituto, nihil juris aut dominii sibi et posteris aut legitimis suis in praenominato molendino in Piantkowa conservando. In cujus rei testimonium praesentem nostram recognitionem sigillo nostro fecimus communiri. Datum in Nova Sandec Sabatho ipso die Sancti Georgii, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo trigesimo quarto.-

No 12 fol. 18.

Consules Neo-Sandecenses recognoscunt Nicolaum Zawrotowicz molendinum in villa Piątkowa Bartholomaeo abbati Neo-Sandecensis monasterii ordinis praemonstratensis vendidisse.

No 12 pag. 18-19. Neo-Sandeciae, anno 1434, die 24 mensis Aprilis.

Copia officiosa fida

Jus pro Molendino in Piątkowa 1434.

Nos Consules Civitatis Novae Sandec recognoscimus tenore praesentium, quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris: Quod accedentes ad Nostram praesentiam scultetus cum juratis de Villa Nostra Piątkowa recognoverunt coram Nobis, quomodo venerabilis Vir Dominus Bartholomeus Abbas Monasterii et Hospitalis Sancti Spiritus in Nova Sandec Ordinis Praemonstratensis Cracoviensis Diecesis in bannito Judicio ipsorum reposuit certam summam pecuniae Nicolao Molendinatori dicto Zawrotowicz feria secunda alias ipso die Sancti Lucae Evangelistae de Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Trigesimo quarto, pro universis et singulis laboribus quos impendit praedictus Nicolaus de et super fundatione et erectione Novi Molendini sub Monte in Piątkowa quod debuit postquam extruxisset titulo Haereditario possidere porro praefatus Nicolaus Molendinator praedicta die in signum satisfactionis suae resignavit pleno jure praedictum Molendinum Novum coram praefatis sculteto et juratis praedicto Domino Abbati etiam tunc coram ipsis personaliter constituto, Nihil juris aut Dominii sibi et posteris aut legitimis suis in praenominato Molendino in Piątkowa conservando. In cujus rei testimonium praesentem Nostram recognitionem sigillo Nostro fecimus communiri. Datum in Nova Sandec Sabatho ipso die Sancti Georgii Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Trigesimo Quarto. (: Sigillum cereum pensile :) —

fol. 18 No 12.

Nicolaus de Michalow castellanus cracoviensis concordiam inter cives neosandecenses et bartphensens ratione transitus cum mercibus ex Hungaria ad Cracoviam pactam, recognoscit.

Cracoviae, anno 1434, die 14 mensis Maji.

Nicolaus de Michalow castellanus et capitaneus cracoviensis Significamus tenore presencium quibus expedit vniversis presentibus et futuris. Quomodo coram nobis que magnificis strenuis et nobilibus dominis Petro videlicet seniore Schaffranietz de Pyeschkowa Skala palatino cracouiensi Alberto Malsky lanciciensi et magistro curie reginalis Johanne Baliczsky radomiensi castellanis Adam de Thur judice lanciciensi et Sigismundo de Bobowa subiudice cracouiensis terrarum generalibus, ex speciali comissione serenissimi principis domini Wladislai Polonie etc regis de conuentione Noue civitatis Corczin in Quadragesima proxime preterita celebrata, facta, sedentibus ad audiendum decidendum et terminandum displicencias et controuersias inter cives Nowe Sandecz ex una, et Bardyjouienses ciuitatum ex altera partibus, subortas et per tempora retroacta iam duratas pretextu vie et transitus cum rebus et mercancys de Bardyow ad Cracouiam et

de Cracouia in Barduyow viceuersa. Ciues ciuitatum iam dictarum coram nobis et dictis dominis priuilegia et jura ipsorum que a dominis videlicet Kazimiro diue memorie et Wladislao moderno Polonie regibus Kazimiri predicti confirmantes partibus ab utrisque, inter que priuilegia et jura eciam duas literas judiciales unam videlicet Johannis Thanczinsky castellani aliam Spithkonis palatini quondam capitaneorum Cracouiensium nostrorum antecessorum Barduyouienses ciues prefati sua pro parte reproduxerunt et legendas super premissis sopiendis posuerunt, quibus priuilegijs partibus ab utrisque positis una cum literis ipsisque lectis et tenoribus auditis eorundem ac auscultatis. Cum memoratis dominis decreuimus et decernimus per presentes quod ciues et mercatores Barduyouienses cum ipsorum dumtaxat rebus et mercanciis eundo de Barduyow ad Cracouien' per Grebow usque in Czchow et redeundo viceuersa via eadem libere abs impedimento proficiscentur et transibunt non tamen cum rebus et mercancijs alienis neque alienas res proprijs adiungendo. Sin autem eadem via in eundo ad Cracouiam et in redeundo viceversa ut premititur cum rebus alienis seu proprijs rebus alienas res adiunctas habentes, deprehensi inuenti et detenti fuerint quoquomodo, extunc ciues memorati Nouosandecenses omnes res et mercancias proprias et alienas Barduyouiensium prelibatorum plenam et omnimodam in simul recipiendi spe non restitucionis habebunt facultatem et receptas thezauro regio assignabunt infiscando: hoc interiecto quod ciues et mercatores antedicti Barduyouienses cum mercancijs proprijs ut premititur proficiscendo, Signetum ipsorum ciuitatis tociens quociens inerint ciuibus Nouosandecensibus hujusmodi duccionis in credelam in eadem via demonstrabunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in castro Cracouiensi feria sexta proxima ante festum Penthecostes, Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią małą wielkości dwuzłotówki z ciemno zielonego wosku w puszce żółtej woskowej, wiszącej na taśmie pergaminowej. Na pieczęci tarcza herbowa z Różą, dokoła na wstędze napis gotycki: S. nicolai de michalow castellan crac.)

CLIII. № 65.

Judicium terrae Cracoviensis generale decretum in controversia inter Annam abbatissam Vetero-Sandecensem et cives Bartphenses ratione solvendi thelonei pronuntiat.

Cracoviae, Anno 1438, die 3 mensis Februarii.

Nos Bartossius de Gory iudex et Petrus de Czikovicze subiudex terrae Cracoviensis generales, notum facimus quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: quia manente adhuc in iudicatu strenuo Johanne Rey de Schumsko iudice et vivente in humanis domino Philippo de Chrobercz olim subiudice terrae praedictis generalibus in iudicium terrestre ad Colloquium generale honoranda dominicella Anna abbatissa cum conventu suo de Antiqua Sandecz, pro de et super theloneo ibidem in Antiqua Sandecz ad ipsas ab aeterno spectante providos et honestos viros cives de Bardiow citare procuravit. Tunc vero coram ipsis dominis Johanne Rey iudice, Philippo subiudice et coram assessoribus

cum ipsis in eodem Colloquio generali pro tunc iudicialiter praesidentibus, dicti cives de Bardiiow debentes attentare ~~per~~ iuramentum testium ratione eiusdem thelonei, ut dictum est, in Antiqua Sandecz, in termino citato peremptorio colloquiali contra ~~ventus~~ praedictam dominicellam Annam abbatissam et conventum eius minime contumac~~es~~iter comparere curaverunt. Quae quidem abbatissa cum conventu suo iam dicto testes pro eodem theloneo contra ipsos cives producere debuit, qui testes in hunc modum iurare debuerunt: quod ipsa abbatissa et conventus eius dictum theloneum a civibus de Bardiiow recipiunt ab eterno. Et exinde huiusmodi contumacia ipsorum civium exigente, praefata dominicella Anna abbatissa cum conventu suo eundem theloneum in Antiqua Sandecz in eisdem civibus iure et iudicialiter in perpetuum aquisivit. In cuius rei testimonium praesentem literam taliter prout in Actis librorum contineri supradictorum dominorum Johannis Regiudicis et Philippi subiudicis invenimus, scribi et nostrorum sigillorum appensione fecimus communiri. Actum et datum Cracoviae in Colloquio generali celebrato feria secunda in crastino Purificationis ~~Beatae~~ gloriosae Mariae Virginis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo octavo. Praesentibus hiis magnificis dominis Nicolao de Michalow castellano et capitaneo, Johanne de Czizow palatino Cracoviensibus, Johanne de Thanczin palatino, Dobeslao de Olesnicza castellano Sandomiriensibus, Clemente de Strzelce ~~[illegible]~~ Woynicensi castellano, Johanne de Sprowa iudice terrae Sandomiriensis, pluribusque aliis fide dignis.

(Ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandecz, XVII saec. scripto, fol. 26 — ubi memoratur originale duobus sigillis munitum fuisse. — Item ex Confirmatione Alexandri regis Pol. data Cracoviae, feria secunda post dominicam Palmarum 1502.)

Casimirus (Jagellonides) rex Poloniae cives neosandecenses a solutione theloneorum per universum regnum Poloniae liberos facit.

Cracoviae, anno 1448, die 26 mensis Junii.

Kazimirus Dei gracia Rex Poloniae ac Magnus Dux Lithuaniae Russiaeque etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis: Quomodo juribus et munimentis providorum nostrorum Sandecensium civium intuitis et conspectis, quibus ipsi a predecessoribus nostris et eo serenissimo genitore nostro carissimo regibus Poloniae super libertate theolonei per universum Poloniae regnum praefatum ratione ipsorum dignorum et justorum meritorum sunt soluti. Nos insuper eorum ut dicitur civium actus sinceritatis animo perpendentes quos ipsi antecessoribus nostris Poloniae regibus patrarunt et exhibuere: Ipsos parimodo a quavis theolonei solutione quantum pro nostra spectat persona absolvimus et liberamus. Quocirca vobis omnibus et singulis capitaneis, vicecapitaneis, burgrabijs, tenutarijs, procuratoribus, viceprocuratoribus, magistris civium, consulibus, advocatis, viceadvocatis, theolonarijs pontium, naulorum, passuum, locorumve custodibus et eorum vicesgerentibus committimus et mandamus omnino habere volentes: Quatenus dum et quociens

ipsos cives praenominatos per totum regnum cum ipsorum mercantiis cujuscumque generis vel speciei fuerint contingat proficisci nullam in eis et quempiam ipsorum pretextu theolonei in tantum quantum pro nostra concernit persona, solutionem exigere debeat: Secus pro gratia nostra facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Cracoviae feria quarta post festum sancti Johannis Baptistae proxima Annorum Domini a Nativitate M°CCCC°XL octavo.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią z czerwonego wosku w żołtej z zwykłego wosku puszce, wiszącej na taśmie pergaminowej, przedstawiającą tarczę o 4 polach z podwojnemi herbami orła i Pogoni i z napisem dokoła: + Kazimirus. dei. gra. rex. polonie. et. cetera.)

Procopius de Kruźlowa capitaneus Sande-censis testatur Albertum de Jezow Vetero-Sandecensi monasterio moniali-um, Anno 1442 praedium Podłęże donasse

Neo-Sandeciae, Anno 1448, die 17 mensis Octobris.

Procopius de Kru[sch]złowa capitaneus Sandecensis etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quomodo de Anno Domini M°CCCC°XLij° tempore tenutae strenui Abrahae piae memoriae quondam de Goscricze in libro curiae Sandecensis iudiciali hanc inscriptionem invenimus contineri talibus sub verbis: Quomodo constitutus personaliter nobilis Albertus de Geszow omnem portionem suam in praedio Pothlanze, quam habuit ex paterna propinquitate, cessit, resignavit et condescendit devotae virgini Katherinae moniali de Antiqua Sandec sorori suae germanae, ut eadem virgo Katherina monialis soror

sua germana dicto praedio Pothlanze utatur quamque diu vivit in humanis, omnes census pro se tollendo; post mortem vero ipsius Katherinae virginis nominatum praedium Pothlanze debet cedi et devolvi ad monasterium seu conventum in Antiqua Sandecz perpetuis temporibus ob salutem animarum suorum praedecessorum (et successorum); et hanc inscriptionem debent inducere et inscribere in provincialem librum districtus Sandecensis. Praesentibus hiis testibus strenuis et nobilibus Vernkone de Byelsko, Petro de Gaban, Petro Zelensky, Clemente sculteto de Gostuicza. Datum in Nova Sandecz, feria quinta proxima in crastino Sancti Galli confessoris, Anno Domini M° CCCC° XLVIII°, sigillo nostro praesentibus subappenso.

(Ex archetypo pergameneo sigillum avulsum, restat tantummodo taeniola.)

(Item ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandecz, XVII saec. scripto, fol. 9)

1448 d. 17 mensis Octobr.

Procopius de Cruvichlowa Capitaneus Sandecensis etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis et quomodo de Anno Domini M° IIII° XL II° tempore tenute strenui Abrahe pye memorie quondam de Gosczicze in libro curie Sandecensis judiciali hanc inscriptionem invenimus contineri talibus sub verbis quomodo constitutus personaliter nobilis Albertus de Geszow omnem porcionem suam in predio Lothlanze quam ~~pate~~ habuit ex paterna propinquitate cessit resignavit et condescendit devote virgini Katherine moniali de Antiqua Sandec sorori sue germane ut eadem virgo Katherina monialis soror sua germana dicto predio Lothlanze utatur quamque diu vivit in humanis omnes census pro se tollendo post mortem vero ipsius Katherine virginis nominatum predium Lothlanze debet cedi et devolvi ad monesterium seu conventum in Antiqua Sandecz perpetuis temporibus ob salutem animarum suorum predecessorum et hanc inscriptionem debent inducere et inscribere in provincialem librum districtus Sandecensis presentibus hys testibus strenuis et nobilibus Vernkone de Byelsko Petro de Gaban Petro Zelensky Clemente sculteto de Gostuicza. Datum in Nowa Sandecz feria quinta proxima in crastino Sancti Galli confessoris Anno Domini M° IIII° XLVIII° sigillo nostro presentibus subappenso.

pergaminowa tasiemka pieczęci brak

Starosta potwierdza o rzeczywistości zapisu folwarku dla Panien Klarysek 1442 i 1448.

dr. J. G. L.

Judicium terrae Cracoviensis generale decretum suum in controversia inter Catharinam abbatissam Vetero-Sandecensem atque cives Bartphenses ratione solvendi thelonei latum confirmat.

Cracoviae, Anno 1450, die 4 mensis Octobris.

Nos Barthossius de Gory iudex et Petrus de Czeikowice subiudex terrae Cracoviensis generales notum facimus quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: quod cum ex mandato Serenissimi Principis et domini domini Kazimiri Dei gratia Regis Poloniae in curia magnifici domini Johannis de Czizow castellani et capitanei Cracoviensis in praesentia Serenissimae Principis et dominae dominae Zophiae Reginae Poloniae pro tribunali iudicialiter sedebamus, tunc coram nobis et reverendissimo in Christo patre ac magnificis dominis subscriptis nobiscum

pro tunc in iudicio praesidentibus inter honorandam dominicellam Catherinam abbatissam de Antiqua Sandecz cum conventu suo ex una, et famosos ac honestos consules et cives de Bardiiow ex altera partibus pro de et super theloneo ibidem in Antiqua Sandecz et ipsorum occasione materia quaestionis vertebatur; tandem cum praefata dominicella Catherina abbatissa et conventus suus praedictus literam suam iudicialem Colloquii generalis Cracoviensis super hoc ipsum theloneum sigillis nostris videlicet Barthossii iudicis et Petri subiudicis appensis sigillatam, salvam, sanam, non suspectam, nec viciatam, sed integram coram iudicio exhibentes contra et adversus consules et cives praedictos reposuerunt: circa quam literam in omnibus punctis et clausulis suis opportunis, iuxta tenorem eiusdem literae praefata dominicella Catherina abbatissa cum conventu suo praedicto contra iam fatos consules et cives iudicialiter est conservata, et nos conservavimus et praesentibus conservamus in aeternum. Hoc tamen addito, quod dicti consules et cives de Bardiiow via libera ipsorum ad Grebow et ad Czchow cum eorum propriis mercantiis alias s kupczamij et non cum alienis mercantiis transire potentes erunt, theloneum praedictum ipsis dominicellae abbatissae et conventui suo dantes et solventes. Et si iam fati consules et cives fuerint reperti cum alienis mercantiis ibidem, extunc eadem mercantia ipsorum propria et aliena perdere seu amittere opportebunt. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Actum et datum Cracoviae in curia magnifici domini Johannis de Cziszow castellani et capitanei Cracoviensis, die dominico proximo post festum Sancti Michaelis Archangeli, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo. Praesentibus reverendissimo in Christo patre domino et domino Sbigneo Dei gratia divina miseratione tituli Sanctae Romanae ecclesiae Presbytero Sanctae Priscae Cardinali et episcopo Cracoviensi et magnificis dominis Johanne de Cziszow castellano et capitaneo Cracoviensi, Johanne de Thanczin palatino Cracoviensi, Johanne de Olesnycza Sandomiriensi palatino, Nicolao de Ossolin Woynicensi, Petro de Curow Sandecensi, Gregorio de Branicze Radomiensi castellanis, aliisque pluribus dominis fide dignis

(Ex Copiario privilegiorum monasterii ord. S. Clarae in Antiqua Sandecz, XVII saec. scripto, fol. 27 – ubi memoratur originale duobus sigillis munitum fuisse. – Item ex confirmatione Alexandri regis Pol. data Cracoviae, feria secunda post dominicam Palmarum 1502.)

Sophia (uxor relicta Vladislai Jagiełło) regina Poloniae Neosandecense monasterium Ordinis Praemonstratensis a solutione certi annui census liberat.

Neo-Sandeciae, anno 1458 die 23 mensis Julii.

(cum confirmatione regis Casimiri Jagellonidae, Cracoviae, a. 1460 d. 31 mensis Januarii)

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, magnus dux Lithvaniae, Pomeraniae, Russiae, Prussiae dominus et haeres. Significamus tenore praesentium notitiam habituris, quomodo pro parte venerabilis et religiosi Joannis abbatis et sui conventus Sancti Spiritus in Nova Sandecz devote dilectorum nobis extitit instantius supplicatum, quatenus ipsis literam donationis sive indultus certae pecuniae censualis serenissimae principis dominae Sophiae reginae Poloniae genitricis nostrae charissimae infrascriptam de

benignitate nostra regia ratificare, gratificare et confirmare gratiose dignaremur; cujus quidem litterae tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis:

Sophia Dei gratia regina Poloniae Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et futuris: Quomodo attenti et humiliter acclinatis jugis et ferventibus orationibus quibus venerabilis Joannes de Zychlin cum fratribus et conventu Sancti Spiritus in Nova Sandecz Ordinis Praemonstratensis nobis plurimum complacuerint tum eorum gratitudine et devotione pro beneficentiis et munificali largitione, erectione et dotatione consortis nostri charissimi felicis memoriae domini Vladislai Dei gratia regis Poloniae, magni ducis Lithvaniae Russiaeque domini et haeredis serenissimi eidem conventui et fratribus factis et pie impensis, volentesque eosdem ad majorem affectum devotionis concitare et inducere pro nostri consortis salute, nostraque et regni Poloniae felici et votiva in Jesu Christo gratia et totius reipublicae conservatione habita consideratione, quomodo ipse abbas cum fratribus in ipsa ecclesia Sancti Spiritus domo hospitali casu infausto ex ignis voragine cum certis concivibus lamentabiliter passi sunt exustionem damna et gravia damnorum incommoda et irrecuperabilia ipsum abbatem cum eorum fratribus conventu et successoribus ad tempora vitae nostrae a solutione unius marcae cum septem grossis singulis annis censualiter nobis dari et nostro dominio solvi solitis de praedio seu allodio Lygechasznge in suburbio sito et locato absolvimus liberamus per praesentes quo circa vobis capitaneo, burgrabio, procuratori pro tunc existentibus vigore nostro reginali praecipimus et mandamus omnino habere volentes: quatenus quoadusque vita nobis comes et concessa a Deo fuerit, dictos abbatem, fratres et conventum dicti Ordinis nulla ratione turbare, molestare et compellere ad dicti census solutionem et satisfactionem debeatis et audeatis pro gratia nostra. In cujus rei testimonium sigillum nostris praesentibus est appensum. Datum in Nova Sandecz die dominica in crastino Sanctae Mariae Magdalenae Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Nos igitur hujusmodi petitionibus tanquam justis et rationi consonis benigniter annuentes, praescriptam litteram in omnibus suis punctis, clausulis, articulis et conditionibus universis ratificamus, gratificamus et confirmamus tenore praesentium mediante decernentes eam robur suae obtinere firmitatis. Volentes itaque piae devotionis desiderii praefatae genitricis nostrae charissimae morem gerrere, diemque extremi judicii bonis operibus praevenire, census unius marcae cum septem grossis memoratis abbati et conventui perpetuo liberaliter indulgemus et ab ejusdem solutione ipsos temporibus perpetuis relaxamus et liberamus tenore praesentium mediante ut de illo nobis aut successoribus nostris et capitaneis nostris pro tempore existentibus respondere minime teneantur perpetuum et in aevum. Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio litterarum. Actum Cracoviae feria quinta proxima ante festum Purificationis

Mariae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimo. Praesentibus magnificis et generosis Joanne de Tanczyn castellano cracoviensi, Stanislao de Ostrorog palatino calissiensi, Dobeslao Kmita de Wisnicz wojnicensi, Nicolao de Zakrzew wisliciensi castellanis, Nicolao de Brzezie regni Poloniae marschalco, Nicolao Pienianzek de Witowice succamerario et capitaneo cracoviensi, aliisque quam plurimis ad praemissa fide dignis. Datum per manus venerabilis Joannis de Brzezie doctoris in utroque sacri apostolici protonotarii et ejusdem causarum auditoris et archidiaconi gneznensis regni Poloniae vicecancellarii nobis sincere dilecti.
— Relatio ejusdem venerabilis Joannis de Brzezie apostolici protonotarii et ejusdem causarum auditoris archidiaconi gnesnensis regni Poloniae vicecancellarii.

(transsumpt) № 13

No. 13. Sophia (uxor relicta Vladislai Jagiełło) regina Poloniae neosandecense monasterium Ordinis Praemonstratensium a solutione certi annui census liberat. Neo-Sandeciae, anno 1458 die.
Cum confirmatione regis Casimiri Jagellonidae, Cracoviae a. 1460 d.

340

Privilegium Casimiri Regis, quo donat Marcam 1460

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei ~~gea~~ memoriam. Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae, nec non Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, ~~Russiae~~ Cuiaviae, magnus Dux Lithvaniae Pomeraniae, Russiae, Prussiae Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium Notitiam habituris quomodo pro parte Venerabilis ac et Religiosi Joannis Abbatis et sui Conventus Sancti Spiritus in Nova Sandecz, devote Dilectorum Nobis ex ~~attis~~ titit instantius supplicatum, quatenus ipsis literam donationis, sive indultae certae peccuniae Annualis Serenissimae Principis Dominae Sophiae Reginae Poloniae Genitricis Nostrae Charissimae inscriptam de benignitate Nostra Regia, ratificare gratificare et confirmare gratiose dignaremur. Cujus quidem literae tenor sequitur de Verbo ad Verbum et est talis: Sophia DEi Gratia Regina Poloniae Significamus tenore praesentium quibus expedit Universis et futuris Quomodo attente et humiliter acchlinati jugis et ferventibus orationibus, quibus Venerabilis Joannes de Zychlin Abbas Coram fratribus et Conventu Sti Spiritus in Nowa Sandecz Ordinis Cre mo stratensis nobis plurimum complacuerunt tum eorum gratitudine et devotione pro beneficentiis et munificati largitione, erectione et dotatione Consortis Nostri Charissimi felicis Memoriae Domini Vladislai DEi Gratia Regis Poloniae Magni

Ducis Lithvaniæ Russiæque Domini et Heredis Serenis-
simi eidem Conventui et Fratribus factis et pie impensis
volentesque Eosdem, ad Majorem Affectum Devotionis con-
citare et inducere pro Nostris Consortis salute, nostraque
et Regni Poloniæ, Felici et Vetiwa in Jesu Christi gratia
et totius Rei publicæ conservatione, habita conside-
ratione, quomodo ipse Abbas cum Fratribus in ipsa Eccle-
sia Sancti Spiritus, Domo Hospitali, casu infausto ex
ignis Voragine cum certis concivibus lamentabiliter
passi sunt exustionem damna, et gravia damnorum
incommoda, et irrecuperabilia Ipsum Abbatem cum
Eorum Fratribus Conventu et Successoribus ad tempora
Vitæ Nostræ a Solutione unius Marcæ cum septem
grossis, singulis Annis, censualiter nobis dari, et Nostro
Dominio, solvi solitis, de prædio seu allodio Lygecharzynge
in suburbio sito et locato, absolvimus, liberamus per
præsentes quo circa Vobis Capitaneo, Burgrabio,
Procuratori, pro tunc existentibus, vigore nostro Regi-
nali, præcipimus et mandamus, omnino habere volentes,
quatenus quoadusque Vita nobis Comes et concessa a Deo
dictos fuerit, dictos, Abbatem Fratres, et Conventum dic-
ti Ordinis Nulla ratione turbare, mollestare et compel-
lere ad dicti census solutionem et satisfactionem debea-
tis et audeatis pro Gratia nostra. In cujus rei Testimo-
nium sigillum nostris præsentibus est appensum
Datum in Nowa Sandecz Die Dominica in crastino
Sanctæ Mariæ Magdalenæ Anno Domini Millesimo

Quadringentesimo, Quinquagesimo Octavo. Nos igitur hu-
jusmodi petitionibus tanquam justis et rationis Consonis
benigniter annuentes præscriptam literam in omnibus
suis punctis, clausulis articulis et conditionibus Univer-
sis, ratificamus, gratificamus et confirmamus tenore
præsentium, mediante, decernentes eam robur suæ obti-
nere firmitatis volentes itaque piæ devotionis desiderii
præfatæ Genitricis Nostræ Charissimæ Morem gerere
diemque extremi judicii, bonis Operibus prævenire præ-
fatum Censum unius Marcæ cum septem grossis memo-
ratis Abbati et Conventui perpetuo liberaliter indul-
gemus et ab ejusdem solutione ipsos temporibus per-
petuis relaxamus, et liberamus tenore præsentium
mediante ut de illo nobis aut Successoribus Nostris
et capitaneis nostris pro tempore existentibus respondere
minime teneantur perpetuum et in Ævum. Harum
quibus Sigillum nostrum præsentibus est subappen-
sum testimonio literarum. Actum Cracoviæ Feria
Quinta proxima ante Festum Purificationis Mariæ
Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexage-
simo Præsentibus magnificis et Generosis Joanne
de Tanczyn Castellano Cracoviensi Stanislao de Ostro-
rag Palatino Kalisiensi Dobeslao Kmita de Wiśnicz
Wojnicensi Nicolao de Zakrzew Wisliciensi Castellanis
Nicolao de Brzezie Regni Poloniæ Marszałko, Nico-
lao Pieniążek de Witowice Succamerario et Capitaneo
Cracoviensi, aliisque quam Plurimis ad præmissa fide
dignis. Datum per manus Venerabilis Joannis

de Brzenie Doctoris in Utroque Sacri Apostolici Proto-
notarii et Ejusdem Causarum Auditoris aut Archi-
diaconi Gneznensi Regis Poloniae Vice Cancellarij
Nobis sincere dilecti. Relatio Ejusdem Venerabilis
Joannis de Brzezie Apostolici Protonotarij et Ejusdem
Causarum Auditoris ~~et~~ Archidiaconi Gnesnensis
Regni Polloniae Vice Cancellarij

1460 F.

Thomas Strzempiński episcopus cracoviensis vicariis ecclesiae collegiatae in Neo-Sandecia dotem assignat.

Cracoviae, anno 1459, die 14 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Quoniam humanae fragilitatis memoria labilis est et velut flos agri coelo decidit: expedit ea, quae hominum disponit sagacitas, ut in futurum permaneant illibata literarum apicibus perennari. Proinde nos Thomas Dei gratia episcopus una cum capitulo, praelatis et canonicis ecclesiae cracoviensis significamus praesentium tenore quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quomodo considerantes fructum et proventum vicariorum ecclesiae collegiatae novae plantationis Sandecensis nostrae dioecesis cracoviensis, qui plures numero pro horis canonicis et aliis divinis officiis nocturnis pariter et diurnis in ipsa ecclesia Sandecensi peragendis ordinati et specialiter deputati sunt, talem exiguitatem et paucitatem, quod

ipsi vicarii ex hujusmodi fructibus et proventibus
necessaria pro vitae sustentatione ad portandum one=
ra ejusdem ecclesiae ipsis annexa minime habere
potuerunt, prout certa fide digna tum et praesentium
praelatorum et canonicorum ejusdem ecclesiae sande=
censis relatione fuimus informati unde quia dignum
et justum censendum est, ut hi qui ecclesiae servient
et ipsius onus sentiunt, ne sub ipso onere turpiter
decidant, ab ecclesia ultra proemium caeterum com=
moda temporali remunerentur, et quod una manus pro=
vide plantavit alius sagaci discussione praehabita
irrigare et incrementum facere negligere non debet
ut res magis valeat quam pereat sacro testante
eloquio. Propterquod matura et solenni deliberatione
praemissa, tractatibusque cum fratribus nostris
praelatis et canonicis ecclesiae cracoviensis praedic=
tae de super visibus istis praehabitis de consensu,
voluntate et certa scientia eorundem fratrum nos=
trorum praelatorum et canonicorum capituli craco=
viensis imo eorum speciali interventu memoratis
vicariis ecclesiae praedictae Sandecensis pro tempo=
re existens et eorum immunitate decimas mani=
pulares mensae nostrae episcopalis in et sub clavi
Sandecensi in villis Zawada et Nawsiowka, item
post tres cmethones in et sub villa Kamionka post

agros et araturas praedictarum villarum et eorun=
dem cmethonum trium provenientes et excrescentes
plene et integre prout a tempore legitimae praescrip=
tionis hactenus praedictam mensae episcopali pacifi=
ce et quiete tollebant et percipiebant, ipsas a mensa
episcopali perpetue alienantes et abdicantes nihilque
penitus nobis et successoribus nostris juris et pro=
prietatis ex nunc et in antea in eisdem decimis re=
servantes, donavimus, assignavimus, assignamus, ap=
propriamus incorporamus per ipsos vicarios et eorum
communitatem habendas, possidendas, tollendas et per=
cipiendas, ac usibus suis prout melius et efficatius
videbitur expedire applicandas temporibus duratu=
ris, ut ipsi vicarii pro tempore ecclesiae praedictae
sandecensis habentes vitae necessaria eo diligentius
modo debito horas canonicas et alia divina officia
in praedicta Sandecensi ecclesia Omnipotenti Deo
persolvant curaeque animarum ipsis connexae et
administrationi sacramentorum ferventius absque
omni negligentia intendantur. Quam quidem dona=
tionem nostram memorati vicarii gratam admodum
et multum acceptam habentes, pro anima nostra,
postquam nutu divino de hac luce nos migrare con=
tingat, die obitus nostri vel circa pro anniversario
nostro vigilias novem lectionum de vespere et cras=
tino missam defunctorum si cum vocetenus in prae=

dicta ecclesia Sandecensi singulis annis temporibus duraturis ad decantandum et perficiendum realiter et cum effectu se et eorum successores ejusdem ecclesiae sandecensis pro tempore vicarios submiserunt et obligarunt, quos etiam et nos obstringimus et obligamus ad praemissa in conscientia eorundem vicariorum praesentium et futurorum quodsi unquam aliquo tempore a tali anniversario postquam instabit et inchoabit cessare praesumpserint conscientia poena mortalis peccati gravamus et oneramus per praesentes. Actum et datum Cracoviae in loco capitulari ecclesiae cracoviensis praedictae in castro Cracoviensi sitae sub Anno Domini a Nativitate Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo nono, die Lunae decima quarta mensis Maij, Capitulo generali pro festo sancti Stanislai Martyris gloriosi celebrato adhuc tunc durante, Praesentibus ibidem venerabilibus et reverendis vicarii nostri Joanne de ~~L...~~ nyew decretorum doctore archidiacono, Jacobo de Senno praeposito gnesnensi et cracoviensi, magistro Gasparo Rokenberg de Cracovia licentiato in decretis scholastico, magistro Nicolao Spi~~f~~ tz mer de Cracovia decretorum doctore cantore collectore denarii Sancti Petri, Joanne de Wenisa custode, Nicolao de Glambocz archidiacono posnaniensi, Derslao de Krzyzanowice praeposito vislicensi, Raphaele de Skawina praeposito Kielczensi officiali cracoviensi generali, Raphaele de Janow, Petro de Ossowa magistro Paulo de Zator decretorum doctore, Abrahamo Lasocki praeposito lanciciensi, Joanne Rey de Schumsko praeposito sancti Michaelis archangeli in castro cracoviensi, Demetrio de Senno praeposito scarbimiriensi, Ottone de Szczekaczowice cantore sandomiriensi, Stanislao Slucin rectore ecclesiae parochialis in Zagorz, Joanne seniore Dlugosz de Niedzielsko germanis, Jacobo Grocholski plebano in . . . . magnifico Nicolao de Kalisz decretorum doctore rectore ecclesiae parochialis in Zarnowiec, Joanne de Zapolcze rectore ecclesiae in Proszowice, Ludovico de Tokary scholastico de Sandemir, Paulo de Pyzkowice magistro in theologia et Nicolao Czajka praelatis et canonicis cracoviensibus, magistro Joanne de Staszyce archidiacono, Petro custode, Mathia de Mykow canonico ecclesiae sandecensis praedictae Paulo de Trzezow cancellario aulae episcopalis et Nicolao de Przywieceszyno nostri capituli praedicti cracoviensis testibus circa praemissa.

pieczęć bisk – pieczęć kapituły

Casimirus (Jagellonides) rex Poloniae civitati Neo-Sandeciae percipiendi pontalium facultatem pro reparandis pontibus permittit.

In Korczyn, anno 1461, die 17 mensis Decembris.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humanae naturae commoda nihil dignius memoria habeatur, opportunum existat, ut actus bonus scripturae aminiculo et testium annotatione perennetur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, magnus dux Lithvaniae Russiae Prussiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris: quod providorum consulum et civium nostrorum civitatis nostrae Sandecensis fidelium dilectorum fidem altaeque fidelitatis constantia qua se nobis gratos reddiderunt et acceptos aequo rationis libramine pensando atque animadvertendo, quod tam pro

ipsius civitatis nostrae, quae confiniis regni nostri est propinqua, debita provisione et emendatione quam etiam pro pontium ejusdem civitatis circumquamque jacentium reformatione, frequenti et crebra instaurazione non paucis egeant subsidiis et emolumentis: horum intuitu cupientes eis ad eam rem gratiae nostrae favoribus subvenire ut tanto ferventius munificentiae nostrae suffulti praesidiis instaurationem ipsorum pontium memoratae nostrae civitatis intendere valeant atque possint: ipsis et eorum successoribus pro tempore Sandecensibus consulibus pontalia ibidem videlicet a quolibet equo currentium tam vectorum quam mercatorum per duos denarios pro emendatione et reformatione ipsorum pontium convertendos exigendi, percipiendi, tollendi, levandi dum tamen per quemcumque pontium pontem praedictae civitatis civitatem ipsam intraverint dedimus concessimus donavimus, damus concedimus donamus et largimur tenore praesentium mediante plenam et omnimodam facultatem perpetuamque et irrevocabilem libertatem aeviternis temporibus duraturis. Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio literarum. Actum in conventione Novae civitatis Korczyn, Feria quinta Quatuor tempora post festum Sanctae Luciae, Anno Domini Quadringentesimo sexagesimo primo, Praesentibus reverendis patribus dominis Joanne Vladislaviensi et Regni

Poloniae cancellario, Andrea Posnaniensi, Joanne Chelmensi episcopis, nec non magnificis et generosis Joanne de Tanczyn castellano Cracoviensi, Luca de Gorka Posnaniensi, Joanne de Pylcza Cracoviensi, Stanislao de Ostrorog calisiensi, Derslao de Ritwyany Sandomiriensi, Sandivogio de Laszenice Siradiensi, Petro de Oporow Lanciciensi palatinis, Petro de Gay Calisiensi, Hyncza de Rogow Sandomiriensi Castellanis et aliis quam pluribus ad praemissa. Datum per manus reverendi patris domini Joannis Utriusque Juris Doctoris, Canonici ecclesiae Cracoviensis et Regni Poloniae Vicecancellarii nobis sincere dilecti. Relatio emissa reverendi patris Joannis de Brzesze Juris Utriusque Doctoris Canonici ecclesiae Cracoviensis Regni Poloniae Vicecancellarii.

(transcript)

Copia

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Cum inter humanae naturae Commoda nihil dignius memoriae habeatur opportunumque existat ut actus bonus Scripturae aminiculo et Testium adnotatione perennetur. Ne lapsu temporis evanescant, Proinde nos Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae nec non Terrarum Cracoviae Sandomiriae Siradiae Lanciciae Cujaviae Magnus dux Lithuaniae Russiae Prussiaeque Dominus et Haeres etc: Significamus Tenore praesentium. et Quibus expedit Universis praesentibus et futuris. Quod Providorum Consulum et Civium Nostrorum Civitatis Nostrae Sandecensis Fidelium Dilectorum fidem alteque fidelitatis Constantia, qua se Nobis gratos reddiderunt, Et Acceptos aequo operationis libramine pensando atque animadvertando. Quod tam pro ipsius Civitatis Nostrae, quae Confinio Regni Nostri est propinqua, debita Provisione et emenda quam etiam propontium Ejusdem Civitatis artiumque jacentium reformatione et frequenti et crebra Instauratione non paucis egeant subsidiis et emolumentis Horum intuitu. Capientes Eis ad Eam Rem gratiae nostrae favoribus subvenire ut tanto ferventius Munificentiae Nostrae Suffulti praesidiis. Instaurationem Ipsorum Pontium memoratae Nostrae Civitatis intendere valeant atque possint, Ipsis et Eorum Successoribus pro tempore Sandecensibus Consulibus

Pontalia ibidem videlicet a quolibet equo curruum Curruum tum Vectorum quam mercatorum per duos Denarios, pro emenda et reformatione Ipsorum Pontium convertendos exigendi percipiendi tollendi levandi dum tamen per quemcunque Pontium [Pontium] prædicta Civitatis Civitatem ipsam intraverint dedimus concessimus donavimus damusque concedimus donamus et largimur. Tenore præsentium mediante plenam et omnimodam facultatem perpetuamque et irrevocabilem libertatem æviternis temporibus duraturis. Harum quibus Sigillum Nostrum præsentibus est sub appensum Testimonio Literarum. Actum in Conventione Novæ Civitatis Korczyn Feria quinta Quatuor tempora post Festum Sta Luciæ Anno Domino Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Primo. Præsentibus Reverendis Patribus Dominis Joanne Vladislaviensi et Regni Polloniæ Cancellario Andrea Poznaniensi Joanne Chelmensi Episcopis Necnon Magnificis et Generosis, Joanne de Tanczyn Castellano Cracoviensi Luca de Górka Poznaniensi Joanne de Pilcza Cracoviensi Stanislao de Ostroróg Calisiensi Dzierslao de Rytwyany Sandomiriensi Sandivogio de Laszenice Sieradiensi Petro de Oporów Lancitiensi Palatinis Petro de Ray Galisiensi, Hyncza de Rogów Sandomiriensi Castellanis et aliisquam pluribus ad præmissa. Datum per manus Reverendi Patris Domini Joannis utriusque juris Doctoris Canonici

349

Ecclesiæ Cracoviensis et Regni Poloniæ Vice Cancellarii Nobis sincere dilecti Relatione commissa Reverendis Patris Joannis de Krzeszo Juris Utriusque Doctoris Canonici Ecclesiæ Cracoviensis R. P. Vice Cancellarii. Locus Sigilli pensilis ———

1461. D.

Q. III No
220 p 438

Paulus advocatus sandecensis. Nicolao sculteto confert facultatem jure magdeburgensi locandi villas Mszalnica et Cieniawa.

Neo-Sandeciae, anno 1464. die 20 mensis Julii.

In nomine Domini. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam solo Literarum usu memoriae fulcitur aeternitas, ab omnique oblivionis injuria res memoratu dignae ac facta humana vindicantur; proinde Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, nec non Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Russiae, Prussiae, Masoviae Dominus et Haeres, significamus tenore praesentium universis et singulis, praesentibus et futuris horum notitiam habituris; Quia constitutus coram Nobis

Nobilis Andreas Schonewski scultetus villarum nostrarum Mszalnica et Cieniawa, in Districtu Sandecensi consistentium, exhibuit Privilegium suum scultetiale infrascriptum, per Paulum olim Advocatum haereditarium Sandecensem, qui fuit haeres villarum praefatarum, ipsis praedecessoribus sculteti concessum, salvum, illaesum, non vitiatum, nec in aliqua sui parte suspectum, supplicavitque deinde Nobis, ut hoc ipsum Privilegium, propter ipsius vetustatem innovare facere, Authoritateque Nostra approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Cujus quidem Privilegii tenor est iste: In nomine Domini. Amen. Expedit et opportunum est, ut quisque hereditates suas nemoribus ac sylvis consitas, necdum excultas, solertibus ac fide digni viris tradat extirpandas; proinde Ego Paulus Advocatus haereditarius Sandecensis, villas Mszalnica et Cieniawa dictas Jure Magdeburgensi Honesto Nicolao locandas et extirpandas contuli, meorum amicorum super id maturo fretus consilio. Ratione vero ejus locationis et extirpationis ipsi Nicolao sculteitas in villis duabus praedictis do et assigno temporibus perpetuis suisque legitimis successoribus et in aevum. Doque ipsi sculteto et suis posteris duos laneos liberos in Mszalnica et in Cieniawa, et pro pellendis gregibus, alias Vigony, in quolibet villa per unum laneum assigno liberos; dabitque praefatus Scultetus de quolibet laneo suo pro Decima per octo grossos currentis monetae Plebano in Mistków singulis annis pro festo S. Martini. Eruntque tria judicia magna in villis praefatis in anno, prout sunt fieri solita et consueta, et in quolibet judiciorum horum tria prandia, et pro quolibet judicio unum prandium, mihi et meis successoribus scultetus pro tempore existens unum fertonem, et kmetones villarum praedictarum duos assignabunt et dabunt cum effectu. Confero etiam Sculteto jam dicto et posteris ipsius unam piscinam ante curiam ipsius liberam, duas tabernas cum pascuis et pratis, quae nunc sunt, et in posterum fieri possunt, sylvas et mansos quotquot extirpare poterit perpetuo possidendas; et ut eo liberatius et com

modius

praefatae villae meae agriculturam adaugere va-
leant, Sculteto jam Dicto et suis successoribus le-
gitimis, necnon villanis et incolis in eisdem
commorantibus a data praesentium, viginti an-
nos contuli libertatem ab omni exactione, con-
tributione, servitio, expeditione, decimatione. Ex-
pirata autem libertate quotquot lanei ibi-
dem culti fuerint et dimensurati, de quolibet
laneo octo scotos ratione census, et unum ferto-
nem pro Decima annis singulis dare et sol-
vere sint adstricti nunc et in aevum; sextum
denarium omnium censuum Sculteto saepe
dicto et suis successoribus legitimis, nec non
et de omnibus proventibus et reditibus; de causis
autem judicialibus, parvis sive magnis, tertium
denarium ipsi Sculteto assigno, pro meque
et meis successoribus legitimis duobus reser-
vatis. Mellificia alias Barczy in sylvis ipsius
Sculteti et meis et in graniciis earundem
sylvarum do et concedo exercere libere, quae-
que poterit, et elaborare; Caeterum quoties

me extra metas ad expeditionem belli generalem
ire contigerit, tunc Scultetus jam Dictus et sui
sequaces mihi et meis successoribus equum, dimi-
diam alteram marcam valentem, conducere teneban-
tur et acomodare; et si ipse equus in via mor-
tuus fuerit, hinc nullius alterius damnum nisi
Sculteti erit. et si sanus redierit, hunc eum Scul-
teto praefato reddere debeo, et mei posteri sequa-
ces. Etiam praedictus Scultetus omnimodam ha-
bebit potestatem in metis et graniciis villarum
saepe Dictarum tam longe et late, prout grani-
cies se extendunt, omnes et singulas ferarum
et piscium venationes exercere, nec non et exci-
siones arborum et lignorum toties quoties sibi
fuerit opportunum et suis legitimis successori-
bus. Granicies vero villarum jam dictarum
ita se extendunt; Cum Domino Procopio de Kru-
zlowa Cieniawa granicies habebit et a Cieniawa
usque ad Ptasnikowa et usque fluvium et Czar-
na Kamionka rivulum, qui dividit granicies,
quocumque ierit. Praefatam autem donationem
in

venatione ferarum et piscium, nec non et pascua Sculletus praenominatus et sui legitimi successores libere habebunt perpetuis temporibus, infra granicies et metas praedictarum villarum, exercere pacifice et quiete. Sculletus vero et sui posteri et villani et incolae ibidem commorantes, in eisdem sylvis villarum pascua libera habebunt aeviterne; etiam Sculletus praefatus et sui successores nullibi alias si coacti fuerint ad serviendum, servire debent, duntaxat ad expeditionem belli generalem, et neque cuipiam hominum respondebunt de se quaerulantibus, tantummodo ipsorum jure Theutonico Magdeburgensi in judicio Sculletorum Curiae Sandecensis. Cmetones autem et omnes inhabitatores villarum praedictarum nullibi judicari debeant, nisi in ipsorum haereditatibus, coram eodem Sculleto pro tempore existente, et hoc non alio jure, nisi Magdeburgensi de se quaerulantibus, respondebunt. Insuper Cmitones dictarum villarum eorum Sculleto lapidem molarem, quando fuerit opportunum,

adducere ad molendinum, ripas molendini et fossalia augere et reformare debent, et erunt adstricti; etiam Cmetones in eorum graniciis gramina falcastrare unum diem annis singulis sunt et erunt adstricti, et quilibet illorum per unum plaustrum lignorum pro festo Nativitatis Christi erunt obligati adducere pro curia mea meorumque successorum nunc et in aevum. Eximo insuper et excipio Sculletum praefatum et Cmetones villarum ab omnibus angarationibus et solutionibus, quae jus Theutonicum Magdeburgense ab antiquo consueverunt perturbare. In cujus rei evidentiam pleniorem et testimonium fide dignum praesentibus sigillum meum est appensum. Actum et datum in domo meae habitationis in octava S. Margaritae in Nowa Sandecz. Anno Dni Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto._ Nos itaque Sigismundus Rex praefatus supplicationi Sculleti praenominati, ac etiam Consiliariorum Nostrorum pro illo facto benigne annuentes, praeinsertum Privilegium, ac omnia et

singula in illo contenta, nec non etiam ea omnia, quae ipse Scultetus et Praedecessores sui, Sculteti, in dictis laneis sculltetialibus industria sua adinvenerunt et auxerunt, et in quorum possesione pacifica ipse, dictique successores sui hactenus fuerunt, approbamus, ratificamus et confirmamus, decernendo hoc ipsum privilegium cum supra nominato, robur stabile ac perpetuae firmitatis obtinere; in cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae in vigilia festi Visitationis S. Mariae, Anno Domini Millesimo quingentesîmo trigesimo; Regni vero Nostri anno vigesimo quarto. Praesentibus Reverendissimis et in Christo Patribus Dominis: Petro Cracoviensi et Regni Nostri Vicecancellario, Joanne Karnkoski Praemislensi Episcopo, nec non Magnificis, Venerabilibus ac V. P. Christoforo de Szidlowiecz Cracoviensi, Regni Nostri Cancellario, Nicolao Wolski ...... et Serenissimae Conjugis, Nostrae Curiae Magistro, Petro Opoleński Sandecensi, et Serenissimi Domini Sigismundi regis Filii Nostri Carissimi, Curiae Magistro, Nicolao Cichowski

Sandecensi, Stanislao de Sprowa Biscensi Castellano, Joanne Chojeński Cracoviensi et Praeposito Posnaniensi Ecclesiarum Canonicis, Secretariis Nostris, Silvestro Orzeczowski Succamerario Nostro, et Zawichostensi Capitaneo, Martino Zborowski Pincerna, Simone Chleviczki Magistro Coquin: caeterisque dignitariis, Officialibus et fidelibus Nostris testibus Dilectis. Per manus circa praemissa fide digni sincere et fidelis Reverendissimi in Christo Patris Episcopi Cracoviensis et Regni Nostri Vice-Cancellarii, sincere Nobis Dilecti. Petrus Episcopus et Vice-Cancellarius, manu propria. Relatio ejusdem Reverendissimi in Christo Patris Dni Petri Thomiczki, Eppi Crac. et Regni Poloniae Vice-Cancellarii.—

Jacobus Dębiński cancellarius regni Poloniae capitaneus sandecensis ~~inter~~ concordiam inter Martinum et Wirzbiętam haeredes de Przyszowa atque communitatem civitatis Novae-Sandeciae ratione necis Wirzbiętae patris, statuit.

Neo-Sandeciae, anno 1470, die 27 mensis Aprilis.

Jacobus de Dambno Regni Polonie Cancellarius nec non Cracouien. Sandecensis Becensis et Osswancynensis etc. capitaneus. Significamus tenore presencium universis et singulis tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris Quomodo nos cum ceteris dominis infrascriptis nobiscum presidentibus Auditis litibus et gwerris habitis inter Nobiles Martinum et Wyrszbyatam heredes de Przisowa ab una et dominos consules tota cum comunitate ciuitatis Sandecz Nova ab altera partibus pro capite diue memorie Wyrszbyante patris supradictorum Martini et Wyrszbyante et exortis, talem inter ipsas partes fecimus amicabilem perpetualem et arbitralem compositionem littes et dissensiones inter eos parcium ambarum ex consensu et spontanea voluntate sedare

cupientes propter perpetualem pacem (convenientes ~~Cutn~~) nos arbitri una cum prefatis fratribus considerantes dominos consules Sandecenses et ipsorum totam comunitatem pro predicto capite olim patris ipsorum reos non tam uti dicebatur fuisse et esse considerantes, sed propter bonum pacis perpetue prelibatis Martino et Wyrszbyante decrevimus quia domini consules ipsis dare debent et propresenti dederunt viginti cum quatuor Marcis pecuniarum realiter et cum effectu obligantes se et cum suis legitimis successoribus nunquam et in evum pro pretacto capite impedire neque memorari quovismodo Compromittentes sepefatos dominos consules cum tota communitate tueri et relevare pro ipso capite a qualibet persona secundum quod ad quam personam prescriptio condependet, ullam prescripcionem aut diuturnitate ipsos dominos consules nec quovis modo excogitatis evadendo, discedentes a suis districtibus sed hoc quod adinvenimus imperpetuum sub vadio centum marcarum tenere et observare se obligantes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Curia Regali Sandecensi feria sexta ante Conductum Pasche Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo, Presentibus venerabili et generosis dominis

Petro de Conycze preposito Wladariensi et officiali Sandecensi, Nicolao Campyenskj Johanne Wolepolskj Clemente Corzenskj et alijs quam plurimis fide dignis.

(Oryginał na pergaminie, pieczęć wisząca na taśmie pergaminowej urwana)

CXXXXII

Litera pro capite Wirzbiantha